

Fuldai évkönyvek
Annales Fuldenses

MAGYARSÁGKUTATÓ INTÉZET

Fuldai évkönyvek
Annales Fuldenses

A Magyarságkutató Intézet Kiadványai 5.

Fuldai évkönyvek
Annales Fuldenses

Második kiadás

FORDÍTOTTA, AZ UTÓSZÓT ÉS A JEGYZETEKET ÍRTA:
DARVAS MÁTYÁS

Magyarságkutató Intézet
Budapest, 2020

Fordította: Darvas Mátyás
A fordítás alapjául szolgáló mű:

Annales Fuldenses sive Annales Regni Francorum Orientales. Post editionem G. H. Pertzii recognovit Fridericus Kurze. Hannoverae, 1891. (Scriptores Rerum Germanicarum in usum scholarum ex Monumentis Germaniae Historicis recusi 7.)

A fordítást az eredetivel egybevetette és a versbetéteket fordította:
Fehér Bence

A kötet mellékletében szereplő kódexoldalak hasonmásainak közlését az Universitätsbibliothek Leipzig (Lipcsei Egyetemi Könyvtár) önzetlen engedélyezése tette lehetővé.

Az MKI szerkesztőbizottsága: Vizi László Tamás (elnök), Fehér Bence, Katona József Álmos, Kovács Attila, Pomozi Péter, Virág István

A kötet megjelenését az EMMI támogatta.

Emberi Erőforrások Minisztériuma

Fordítás, utószó és jegyzetek © Darvas Mátyás, 2019, 2020
Illusztrációk © Universitätsbibliothek Leipzig, 2019, 2020

ISBN 978-615-6117-18-2
ISSN 2677-0261

TARTALOM

*Annalium Fuldensium pars prima (Seligenstadensis). Auctore Einhardo. A. 714–838. Gesta quorundam francorum regum . . .*7
A fuldai évkönyvek első (seligenstadti) része. Szerzője Einhard. 714–838. Néhány frank király tettei 7

Annalium Fuldensium pars secunda (Fuldensis). Auctore Ruodolfo. A. 838–863 113
A fuldai évkönyvek második (fuldai) része. Szerzője Rudolf. 838–863. 113

Annalium Fuldensium pars tertia (Mogontiacensis). Auctore Meginhardo. A. 864–887 199
A fuldai évkönyvek harmadik (mainzi) része. Szerzője Meginhard. 864–887 199

Annalium Fuldensium continuatio Ratisbonensis. A. 882–897.. 313
A fuldai évkönyvek regensburgi folytatása. 882–897 313

Annalium Fuldensium continuationes Altahenses. A. 897–901 . 383
A fuldai évkönyvek altaichi folytatása. 897–901 383

Annales Fuldenses antiquissimi 399
A legősibb fuldai évkönyvek 399

Utószó 403

Függelék. 423

ANNALIUM FULDENSIUM PARS PRIMA[1] (SELIGENSTADENSIS). AUCTORE EINHARDO. A. 714–838. GESTA QUORUNDAM FRANCORUM REGUM

A FULDAI ÉVKÖNYVEK ELSŐ (SELIGENSTADTI) RÉSZE. SZERZŐJE EINHARD. 714–838. NÉHÁNY FRANK KIRÁLY TETTEI

1 A latin szöveg a Kurze-féle kritikai kiadás főszövege, lehetőség szerint annak tipográfiáját is követve. A szövegvariánsok közül csak azok szerepelnek, melyek a fordításba is bekerültek.

DCCXIV.

Pippinus filius Ansgisi,[1] dux Francorum, post mortem Wolfaldi ducis partem Austriae regebat, obtinuitque regnum Francorum per annos XXVII cum regibus Hludowico, Hildiberhto et Dagaberhto. Moritur anno secundo Anastasii imperatoris, qui est ab incarnatione Domini annus DCCXIIII. Huius filius Carlus ex Alpheida, quam posthabita priore coniuge Plichthrude duxit uxorem, sub honore maiordomatus tenuit regnum Francorum annis XXVII.

DCCXV.

Post mortem Pippini Plichthrud relicta eius vidua incomparabili odio contra Carlum succensa custodia eum publica observari iubet. Unde ille divino auxilio liberatus primo certamine contra Radbotum regem Fresonum pugnans, dum fortiter dimicat, magnum exercitus sui damnum consequitur.

DCCXVI.

Raginfridus maior domus et Hilpricus rex cum exercitu fines Coloniensium et regiones Rheno contiguas vastant acceptisque a Plichthrude muneribus revertuntur.

1 3c addit: „filii domni Arnolfi Mettensis civitatis antistitis gloriosi"

714.

Pippin, Ansgis fia,[1] a frankok hercege, Wolfard herceg halála után Austria egy részén uralkodott, és 27 éven át tartotta hatalmában a frankok országát Lajos, Hildibert és Dagabert királyokkal együtt. Anasztáz császár második évében halt meg, ami az Úr megtestesülésének 714. éve. Fia Károly, Alfeidától, akit korábbi feleségét, Pilchthrudot elküldve vett feleségül; Károly a majordomus hivatala révén 27 évig uralkodott a frankok országán.

715.

Pippin halála után özvegye, Pilchthrud páratlan gyűlöletre lobbanva Károly ellen megparancsolja, hogy tartsák állami őrizet alatt. Innen ő isteni segítséggel megszabadult; első csatájában Radbot, a frízek királya ellen harcolva, miközben bátran küzdött, serege nagy kárt szenvedett.

716.

Raginfrid majordomus és Hilprik király seregükkel Köln határait és a Rajnával szomszédos vidékeket dúlják, majd Pilchthrud ajándékait elfogadva hazatérnek.

1 A 3c kódex hozzáteszi: „aki Arnolfnak, Metz város dicsőséges elöljárójának fia".

DCCXVII.

Raginfridus et Hilpricus rex in Vinciaco die dominica ante pascha cum Carlo pugnantes terga vertunt; quos Carlus fugientes cedendo persequitur usque Parisios. His temporibus Winfridus, qui et postea, cum episcopus ordinaretur, Bonifacii nomen accepit, doctor catholicus natione Anglus primum Romam, deinde cum auctoritate Grregorii papae in Franciam ad praedicandum verbum Dei venit.

DCCXVIII.

Karlus victor regrediens Coloniam venit receptisque a Plichthrude thesauris patris sui regem sibi constituit Hlotharium nomine, non potestate. Hilpricus et Raginfridus auxilio Eudonis ducis Aquitaniorum instaurata rursus acie superati fugantur a Carlo.

DCCXVIIII.

Karlus ad Eudonem mittit et Hilpricum, qui ad eum confugerat, per legatos recipit. Quo tempore Hlotharius rex mortuus est. Bonifacius vir sanctissimus a praesule sedis apostolicae Gregorio Mogontiacae civitati, metropoli Germaniae, archiepiscopus ordinatur et legatus Germanicus Romanae aecclesiae in Franciam mittitur. Qui praedicatione sua multos populos, Thuringorum videlicet, Hessiorum et Austrasiorum, ad fidem rectam, a qua diu aberraverant, convertit, monasteria quoque monachorum et virginum primus in partibus Germaniae instituit.

717.

Raginfrid és Hilprik király Vençay-ban a húsvét előtti vasárnapon Károllyal megütközve megfutamodnak; Károly a menekülőket egészen Párizsig üldözi. Ezekben az időkben Winfrid, az angol származású katolikus tudós, aki később, amikor püspökké szentelték, a Bonifác nevet vette föl, először Rómába, azután Gergely pápa tekintélyével megerősítve Frankföldre ment, hogy hirdesse Isten igéjét.

718.

A győztes Károly Kölnbe visszatérve és Pilchthrudtól visszakapva apja kincseit, névleg, de hatalom nélkül királlyá tette Lothárt. Hilprik és Raginfrid, Eudo aquitániai herceg segítségével ismét csatasorba állva, de legyőzetve megfutamodtak Károly elől.

719.

Károly Eudóhoz küldet, és Hilpriket, aki hozzá menekült, követek által kikéri. Ebben az időben halt meg Lothár király. Bonifácot, a szent életű férfit az apostoli szék betöltője, Gergely Mainz, Germánia egyik nagyvárosa érsekévé szenteli, és mint a Római Egyház germániai nunciusát küldi Frankföldre; ő igehirdetésével sok népet (tudniillik a thüringiaiakat, a hessenieket és austrasiaiakat) térített meg az igaz hitre, melytől már rég eltévelyedtek, és a germán részeken elsőként alapított szerzetesi és apácakolostorokat.

DCCXX.

Mortuo Hilprico Carlus Theotricum in sedem regni constituit.

DCCXXI.

Karlus Raginfridum persequens Andegavis civitatem capit; postea Saxones vastando victor regreditur.

DCCXXII.

Karlus Alamannos et Baioarios armis subegit.

DCCXXIII.

Iterum Alamanni et Norici pacis iura temerare nituntur.

DCCXXIIII.

Karlus transito Ligere Eudonem fugat vastata et incensa regione eius.

720.

Hilprik halála után Károly Theotricot ültette a királyi székbe.

721.

Károly Raginfridot üldözve elfoglalja Angers városát; utána a szászokat pusztítva győztesként tér vissza.

722.

Károly az alamannokat és a bajorokat fegyverrel igázta le.

723.

Ismét az alamannok és a noricumiak[2] próbálják meg megszegni a békefeltételeket.

724.

Károly a Loire-on átkelve megfutamítja Eudót, feldúlva és felgyújtva hazáját.

2 A 3. kódexben XI. századi kéz sorok közti hozzáfűzése: „bajorok", és a margón: „Megjegyzés: az alamannok itt csak a szféveket jelentik."

DCCXXV.

Sarraceni ab Eudone in auxilium suum vocati cum rege suo Abdirama Garonnam Burdigalemque perveniunt cunctis locis vastatis et aecclesiis igne crematis; basilicam quoque sancti Hilarii Pictavis incendunt.

DCCXXVI.

Karlus Sarracenis cum manu valida occurrens et auxilio Dei fretus regem eorum cum infinita multitudine prostravit devictisque hostibus cum triumpho regreditur.

DCCXXVII.

Karlus Burgundiam petens Lugdunum et civitates reliquas suae dicioni subegit.

DCCXXVIII.

Eudo dux moritur et Carlus Aquitaniae provinciam absque bello recepit.

DCCXXVIIII.

Karlus navali evectione regnum Fresonum ingreditur interfectisque quamplurimis Popponem ducem eorum interemit subver-

725.

Az Eudo által segítségül hívott szaracénok királyukkal, Abdurrahmánnal egészen a Garonne-ig, mégpedig Bordeaux-ig jutnak, minden települést feldúlva és a templomokat tűzzel felégetve; Szent Hilarius poitiers-i bazilikáját is felgyújtják.

726.

Károly erős sereggel szembeszállva a szaracénokkal és Isten segítségében bízva, miután királyukat és végtelen sokaságukat leterítette és az ellenséget legyőzte, diadallal tér vissza.

727.

Károly Burgundiába tartva Lyont és a többi várost hatalma alá hajtotta.

728.

Eudo herceg meghal és Károly háború nélkül megkapja Aquitánia tartományát.

729.

Károly hajóra szállva megtámadja a frízek országát, és igen sokakat megölve elveszejti vezérüket, Poppót; s miután tönkretette

sisque lucis et fanis victor cum praeda magna revertitur.

DCCXXX.

Sarraceni collecto exercitu Avinnionem urbem capiunt et circumquaque regiones devastant.

DCCXXXI.

Karlus adsumptis armis urbem Avinnionem obsidione vallat instructisque machinis capiens magnam Sarracenorum stragem efficit.

DCCXXXII.

Karlus Gothorum fines penetrans Narbonam obsidet, rege Sarracenorum Athima intus incluso.

DCCXXXIII.

Sarraceni de Hispania audientes urbem obsessam armati superveniunt; contra quos Carlus dimicans regem cum populo usque ad internitionem delevit.

szent ligeteiket és szentélyeiket, nagy zsákmánnyal, győztesként tér vissza.

730.

A szaracénok sereget gyűjtve elfoglalják Avignon városát és feldúlják a környező vidékeket.

731.

Károly fegyvert fogva Avignon városát ostrommal körülsáncolja, és hadigépekkel elfoglalva nagy pusztítást végez a szaracénok közt.

732.

Károly a gótok határait átlépve Narbonne-t ostromolja, miután beszorította oda a szaracénok királyát, Athimát.

733.

A szaracénok ezt meghallva Hispániából fegyveresen jönnek az ostromlott városhoz; Károly, megütközve velük, királyukat a néppel együtt a teljes pusztulásig eltörölte.

DCCXXXIIII.

Sarraceni a Carlo in bello superati; qui gladium effugere poterant, ascensis navibus dimersi sunt in mari.

DCCXXXV.

Franci Carlo duce Sarracenos proterunt, praedam magnam ducentes et captivorum multitudinem.

DCCXXXVI.

Regionem Gothicam Carlus cum Francis ingrediens urbes famosissimas Nemausum, Agatem et reliqua castella capit, destructis muris et moeniis earum usque ad fundamenta.

DCCXXXVII.

Carlus Saxones tributarios fecit.

DCCXXXVIII.

Carlus regionem Provinciam ingressus Maurontum ducem, qui dudum Sarracenos per dolum invitaverat, fugere compulit.[2]

2 **3c** addit: Huius Karoli dampnationis meminit Ingmarus in prologo Vitae beati Remigii, quam nos de alia hystoria assumentes addidimus isti; ut

734.

Károly háborúban legyőzte a szaracénokat; aki megmenekülhetett a kardtól, hajóra szállva a tengeren süllyedt el.

735.

A frankok Károly vezetésével összezúzzák a szaracénokat, nagy zsákmánnyal és rengeteg fogollyal térve vissza.

736.

Károly a frankokkal megtámadva a gót vidékeket, híres városaikat, Nîmest, Agde-t és a többi erődöt elfoglalja, sáncaikat és várfalaikat lerombolva egészen az alapokig.

737.

Károly adófizetőivé tette a szászokat.

738.

Károly megtámadva Provence vidékét Maurontus herceget, aki korábban álnokul behívta a szaracénokat, száműzetésbe kényszerítette.[3]

3 A 3c kódex hozzáfűzi: „E Károly bűnhődéséről megemlékezik Ingmar a Szent Remigius-életrajz prológusában, melyet mi más történeti munkákkal

DCCXXXVIIII.

Carlus Provinciam totam et cuncta eius loca maritima suae dicioni subegit.

DCCXL.

Pax et quies regno Francorum per Carlum redditur ad tempus, Gothis superatis, Saxonibus et Fresonibus subactis, expulsis Sar-

scriptura dicit : Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. [*Prov. 17, 13.*] Quod vero de Rigoberto in episcopatu violentia crudeli deposito et de aliis rebus aliarum fecit ecclesiarum, iusto Dominus iudicio reddidit in caput Karli Martelli eius filioli, sicut antiquorum veridica constat scriptura huiusmodi relatione. Sanctus Eucharius Aurehanensium episcopus, qui in monasterio sancti Trudonis requiescit, in oratione positus ad alterum est seculum raptus et inter cetera, sibi quae Domino donante conspexit, vidit hunc Karlum in inferno inferiori torqueri. Cui interroganti ab angelo eius ductore responsum est, quia sanctorum iudicatione, qui in futuro iudicio cum Domino iudicabunt quorumque res abstulit et divisit, ante illud iudicium anima et corpore sempiternis poenis est deputatus et recepit cum suis peccatis poenas propter peccata omnium, qui res suas et facultates in honore et amore Domini ad Sanctorum loca luminaribus divini cultus et alimoniis servorum Christi ac pauperum pro animarum suarum redemptione tradiderant. Qui in se reversus sanctum Bonefacium et Fulradum, abbatem sancti Dionisii et summum capellanum regis Pippini, vocavit eisque talia dicens signum dedit, ut ad sepulchrum eius irent et, si corpus eius ibidem non repperissent, ea, quae dicebat, vera esse crederent. Ipsi autem pergentes ad sepulchrum, ubi corpus ipsius humatum fuerat, sepulchrumque eius aperientes, visus est subito exisse draco et totum illud sepulchrum inventum est denigratum, ac si fuisset exustum. Hoc ideo scriptum est, ut omnibus legentibus nota fieret eius iusta dampnatio, per quem facta est rerum ecclesiasticarum iniusta ablatio.

739.

Károly Provence egészét és minden tengerpari városát uralma alá hajtotta.

740.

Károly révén egy időre újra béke és nyugalom köszöntött a frankok országára, miután legyőzte a gótokat, leigázta a szá-

együtt felhasználva hozzáfűztünk ehhez; amint az Írás mondja: „Aki rosszal fizet jóért, annak a házából nem megy ki a gonosz." (Péld 17,13; Szent István Társulat). S amit a püspökségéből kegyetlenül letett Rigoberttel és más egyházak dolgában tett, azt igazságos ítélettel fizette meg az Úr Martell Károly kisfiának fejére, amint ez ismert a régiek hiteles írásainak itt következő beszámolójából. Szent Eucharius, orléansi püspök, aki Szent Trudo monostorában nyugszik, imádság közben a Túlvilágra ragadtatott, és a többi között, amit Isten látni megadott neki, megpillantotta ezt a Károlyt, amint az alsó pokolban kínozzák. Mikor megkérdezte erről kísérőjét, egy angyalt, azt a választ kapta, hogy a szentek ítélete alapján tesznek így, akik majd a jövőben az Úrral együtt hoznak ítéletet; olyan szentek, akiknek javait ő elvette és elosztogatta, és ez előtt az ítélőszék előtt lelkét és testét örök büntetésre kötelezték, és elnyerte büntetését vétkeiért, megfizetve mindazoknak, akik javaikat és vagyonukat az Úr iránti tiszteletből és szeretetből, lelkük váltságául átadták a szentek helyeinek, az istentisztelet lámpásainak, illetve Krisztus szolgái és a szegények táplálékául. Ő pedig, magához térve, magához hívta Szent Bonifácot és Fulradot, a Szent Dénes-templom apátját és Pippin király udvari főkáplánját, és ezeket elmondva jelet adott: menjenek el a sírjához, és ha testét nem találják ott, elhihetik, hogy igaz, amit mondott. Ők pedig elmenve a sírhoz, ahová testét eltemették, és sírját felnyitva hirtelen egy sárkányt láttak kijönni, és az egész sírt megfeketülve találták, mintha kiégett volna. Ez azért lett leírva, hogy minden olvasó értesüljön annak jogos büntetéséről, aki révén egyházi javakat raboltak el jogtalanul.

racenis, Provincialibus receptis.

DCCXLI.

Carlus anno regni sui XXVII. moritur Carisiaci et apud sanctum Dionisium sepelitur. Cuius filii Carlomannus et Pippinus sub obtentu maiordomatus totius Franciae regnum suscipiunt et inter se dividunt.

DCCXLII.

Karlomannus et Pippinus Hunaldum Aquitaniae ducem imperio suo resistentem bello superatum ad Wascones fugere compellunt; simul et Alamannos duce Theotbaldo rebellare temptantes mira celeritate comprimunt.

DCCXLIII.

Karlomannus et Pippinus Odilonem ducem Baioariorum rebellare conantem proelio superant.

DCCXLIIII.

Karlomannus cum Odilone duce Baioariorum pacem facit. His temporibus fundari coeptum est Fuldense coenobium a sancto Bonifacio in solitudine Bochonia.

szokat és frízeket, kiverte a szaracénokat, és visszafoglalta Provence-ot.

741.

Károly meghal uralkodása 27. évében Quierzyben, és a Szent Dénes-templomban temetik el. Fiai, Karlmann és Pippin a majordomusi cím ürügyén az egész Frank Királyságot átveszik, és maguk közt felosztják.

742.

Karlmann és Pippin Hunaldot, Aquitánia hercegét, mivel hatalmuknak ellenállt, háborúban legyőzik, és a baszkokhoz kényszerül menekülni; ugyanígy, bámulatos gyorsasággal leverik a Theotbald vezetésével felkelni próbáló alamannokat is.

743.

Karlmann és Pippin a fellázadni próbáló Odilo bajor herceget csatában legyőzik.

744.

Karlmann Odilo bajor herceggel békét köt. Ezekben az időkben kezdi megalapítani Szent Bonifác a fuldai monostort a buchengaui pusztaságban.

DCCXLV.

Karlomannus et Pippinus simul Saxonum perfidiam vastata eorum regione ulciscuntur et castrum Ohseburg capiunt.

DCCXLVI.

Karlomannus Alamannos iterum res novas molientes nonnullis eorum interfectis compescuit. Bonifacius archiepiscopus cum auctoritate sedis apostolicae annuente Karlomanno duas sedes episcopales constituit, unam in castro Wirziburg, ubi Burghartum collegam suum ordinavit episcopum, alteram in loco, qui vocatur Eihstat, cui Willibaldus episcopus ordinatus est.

DCCXLVII.

Karlomannus relicta, quam tenebat, potestate Romam vadit ibique mutato habitu religiose victurus in Casinum ad sanctum Benedictum secedit et monachus efficitur.

DCCXLVIII.

Gripho frater Karlomanni et Pippini potestatem quandam affectans ad Saxones se contulit. Pippino vero per Thuringiam ingresso Saxoniam super fluvium Obacra in loco, qui dicitur Horoheim, Saxones occurrentes Griphonem cum eo pacificare cupientes. Gripho

745.

Karlmann és Pippin együtt torolják meg a szászok hűtlenségét, vidéküket feldúlva, és foglalják el Ohseburg várát.

746.

Karlmann az újból forrongani kezdő alamannokat lecsillapította, sokakat megölve közülük. Bonifác érsek az Apostoli Szék tekintélyével és Karlmann jóváhagyásával két püspöki széket alapít, egyiket Würzburg várában, ahol társát, Burghartot szentelte püspökké, a másikat egy helyen, melyet Eichstattnak neveznek, és ennek püspökévé Willibaldot szentelte.

747.

Karlmann, átadva a hatalmat, melyet birtokolt, Rómába megy és ott öltözetet cserélve, hogy szent életet éljen, Monte Cassinóban a Benedek-rendbe vonul vissza és szerzetessé lesz.

748.

Gripho, Karlmann és Pippin fivére némi hatalomra igényt formálva a szászokhoz ment. Miután pedig Pippin Thüringián át Szászországba lépett a Weser folyó fölött egy helyen, melyet Horoheimnek mondanak, találkozva a szászokkal, akik Griphót ki akarták békíteni vele. Gripho azonban, sem a

autem nec Saxonibus nec Francis se credens in Baioariam fugit.

DCCXLVIIII.

Pippinus in Baioariam pergens Tassilonem nepotem suum natum ex Hiltrude sorore sua ducem ibi constituit Griphone et Lantfrido inde eductis.

DCCL.

Pippinus Griphoni in partibus Niustriae duodecim comitatus dedit, sed ille nec ibi se tutum esse ratus ad Weifarium ducem Aquitaniae secessit.

DCCLI.

Pippinus missa Romam legatione Zachariam papam interrogat de regibus Francorum ex antiqua Meroingorum stirpe descendentibus; qui reges quidem dicebantur, sed potestas regni tota apud maiorem domus habebatur, excepto quod chartae et privilegia regis nomine scribebantur; et ad Martis campum, qui rex dicebatur, plaustro bubus trahentibus vectus atque in loco eminenti sedens semel in anno a populis visus publica dona sollemniter sibi oblata accipiebat, stante coram maiore domus et, quae deinceps eo anno agenda essent, populis adnuntiante; sicque rege domum redeunte cetera regni negotia maior domus administrabat. Orat ergo sibi

szászokra, sem a frankokra nem bízva magát, Bajorországba menekült.

749.

Pippin Bajorországba indulva ott nővérétől, Hiltrudtól született unokaöccsét, Tassilót tette herceggé, miután Gripho és Lantfrid eltávoztak onnan.

750.

Pippin Niustria részein Griphónak tizenkét grófságot adott, ám ő úgy gondolva, hogy ott sincs biztonságban, Weifarhoz, Aquitánia hercegéhez távozott.

751.

Pippin küldöttséget menesztve Rómába megkérdezi Zakariás pápát a Merovingok ősi családjából származott frank királyokról; ezeket ugyan királyokként emlegették, de az uralkodói hatalom teljes egészében a majordomusnál volt, kivéve hogy az okleveleket és kiváltságleveleket a király nevében írták; és hogy az, akit királynak mondtak, egy évben egyszer ökör vonta szekéren a Marsmezőre hajtva, egy kiemelkedő helyen trónra ülve a nép színe előtt, ünnepélyesen fogadta a neki felajánlott közajándékokat, miközben a majordomus ott állt előtte, és kihirdette a népnek, hogy onnantól kezdve abban az évben mit kell még elvégezni.

decerni, quis eorum iuste rex debeat dici et esse, is, qui securus domi sedeat, an ille, qui curam totius regni et omnium negotiorum molestias sufferat.

DCCLII.

Zacharias papa ex auctoritate sancti Petri apostoli mandat populo Francorum, ut Pippinus, qui potestate regia utebatur, nominis quoque dignitate frueretur. Ita Hildricus rex, qui ultimus Meroingorum Francis imperavit, depositus et in monasterium missus est, Pippinus vero in civitate Suessionum a sancto Bonifatio archiepiscopo in regem unctus regni honore sublimatus est.

DCCLIII.

Pippinus iterum Saxonum perfidia provocatus regiones eorum devastat. In qua expeditione Hildigarius Colonensis episcopus a Saxonibus interimitur. Gripho frater Pippini, cum Italiam petere conaretur, in valle Maurienna a comitibus fratris sui occisus est. Stephanus papa Romanus auxilium contra Haistulfum regem Langobardorum petens ad Pippinum in Franciam venit; a quo honorifice susceptus apud Parisios duos filios eius Carlomannum et Carlum unxit in reges.

Ezután pedig a király hazament, és az ország többi ügyeit a majordomus irányította. Kéri tehát, hogy hozzon számára ítéletet: kettejük közül kit illet a jog, hogy királynak hívják és az is legyen: azt, aki biztonságban üldögél otthon, vagy azt, aki viseli az egész ország gondját és minden ügyeinek súlyát?

752.

Zakariás pápa Szent Péter apostol tekintélyével megparancsolja a frankok népének, hogy Pippint, aki a királyi hatalmat gyakorolja, e név méltóságával is ismerjék el. Így Hilderich királyt, aki a Merovingok közül utolsóként uralkodott a frankokon, letették trónjáról és kolostorba küldték, Pippint pedig Soissons városában Szent Bonifác érsek királlyá kente fel, és uralkodói tisztségre emelkedett.

753.

Pippin, ismét felingerelve a szászok hűtlenségétől, feldúlja vidékük. Ebben a hadjáratban ölik meg a szászok Hildigar kölni püspököt. Griphót, Pippin fivérét, mikor Itáliába próbált eljutni, megölték fivérének grófjai. István római pápa, segítséget kérve Haistulf langobard király ellen, Pippinhez ment Frankföldre; miután az tisztelettel fogadta, Párizsban királlyá kente fel két fiát, Karlmannt és Károlyt.

DCCLIIII.

Bonifatius archiepiscopus Mogontiacensis aecclesiae evangelizans genti Fresonum verbum Dei martyrio coronatur anno episcopatus sui XXXVI., die quarto mensis Iunii. Post quem Lullus in cathedra eius sedit annos XXXII. Carlomannus frater Pippini cum consilio Haistulfi regis Langobardorum in Franciam veniens ad persuadendum fratri, ne exercitum in Italiam duceret, non post multos dies Lugduni vita decessit. Pippinus vero Italiam ingressus Haistulfum superatum et Papiae inclusum obsides dare et res sancti Petri reddere sacramento constringit. Stephanus papa duce Hieronimo fratre Pippini Romam revertitur.

DCCLV.

Haistulfus sacramenta mentitus collecto exercitu Romam inpugnando circumdat, omnia extra urbem ferro et igne devastans. Cuius rei nuncium pontifex marino itinere missis legatis Pippino insinuat, deprecans et obtestans, ne coeptum opus, quod sancto Petro promiserat, inperfectum relinqueret.

754.

Bonifác, a mainzi egyház érseke, miközben a fríz népnek viszi el Isten szavának örömhírét, a vértanúság koronáját nyeri el püspökségének 36. évében, június 4. napján. Utána Lullus ült székében 32 éven át. Karlmann, Pippin fivére, miután Haistulf langobard király tanácsára Frankföldre jött, hogy meggyőzze fivérét: ne vezessen hadat Itáliába, nem sok nappal később Lyonban eltávozott az életből. Pippin pedig, megtámadva Itáliát, Haistulfot legyőzve és Paviába beszorítva eskü alatt kényszeríti, hogy túszokat adjon és visszaadja Szent Péter javait. István pápa Hieronymus herceg, Pippin fivére vezetésével visszatér Rómába.

755.

Haistulf esküjét megszegve sereget gyűjt, majd Rómát körülzárva ostromba kezd, a városon kívül mindent tűzzel és vassal elpusztítva. A pápa erről a dologról tengeri úton követeket küldve értesíti Pippint, kérve és könyörögve, hogy megkezdett művét, melyet Szent Péternek ígért, ne hagyja befejezetlenül.

DCCLVI.

Iterum Pippinus Italiam ingreditur, Haistulfum Papiae inclusum obsidet, Ravennam cum Pentapoli reddere conpellit et per Folratum missum suum sancto Petro apostolo et Stephano papae vicario eius tradidit.

DCCLVII.

Haistulfus in venatione quadam equo lapsus regnum cum vita perdidit. Constantinus imperator Pippino regi inter cetera munera etiam organum mittit.

DCCLVIII.

Pippinus Saxonibus superatis tributum inposuit, ut trecentos equos singulis annis sibi solverent.

DCCLVIIII.

Waipharius dux in Aquitania tirannidem exercens pressuras ecclesiarum Dei movet, depraedationes et iniustitias multas facit.

756.

Pippin ismét behatol Itáliába, Haistulfot Paviába zárva ostrom alá fogja, kényszeríti, hogy Ravennát adja vissza Pentapolisszal[4] együtt, és ezeket küldöttje, Folrat által átadja Szent Péter apostolnak és helytartójának, István pápának.

757.

Haistulf egy vadászaton lováról leesve életével együtt országát veszti. Konstantin császár Pippin királynak más ajándékok mellett egy orgonát is küld.

758.

Pippin, miután legyőzte a szászokat, adóként azt vetette ki rájuk, hogy minden évben háromszáz lovat adjanak neki.

759.

Az Aquitániában trónbitorlást folytató Waiphar herceg nyomás alatt tartja Isten egyházait, sok fosztogatást és jogtalanságot követ el.

4 „Ötváros": Rimini, Pesaro, Fano, Senigalla, Ancona.

DCCLX.

Pippinus Waipharii ducis stultitia permotus ducto in Aquitaniam exercitu iustitias ecclesiarum Dei facere rennuentem rerum iniuste ablatarum restitutionem promittere sacramento coegit.

DCCLXI.

Waipharius iuramenta mentitus Pippino molestus efficitur, ferro et igni cuncta vastando Cavillionem usque pervenit Pippinumque sibi cum suis occurrere conpulit.

DCCLXII.

Pippinus cum Carlo filio Burbonem, Cantelam, Clarmontem aliasque civitates et castella pugnando capit; aliisque quamplurimis eius dominatui subiectis etiam Beturicam expugnat.

DCCLXIII.

Tassilo nepos Pippini de exercitu regis se subducens ad Baioarios secessit.

760.

Pippin Waiphar herceg ostobaságán felindulva sereget vezet Aquitániába, és bár az megtagadta, hogy Isten egyházait kártalanítsa a jogtalanul elrabolt dolgokért, kényszeríti, hogy esküvel ígérje meg azok megtérítését.

761.

Waiphar, esküjét megszegve terhessé vált Pippin számára, tűzzel-vassal feldúlva mindent egészen Châlon-sur-Saône-ig eljutott, és kényszerítette Pippint, hogy övéivel együtt szembeszálljon vele.

762.

Pippin fiával, Károllyal együtt harcban elfoglalja Bourbont, Cantelát, Clarmontot és más városokat és erődöket, és sok más helyet is uralma alá vetve Bourges-t is beveszi.

763.

Tassilo, Pippin unokaöccse a király hadseregéből kilépve a bajorokhoz távozott.

DCCLXIIII.

Hoc anno contigit hiems valida et praeter solitum prolixa.

DCCLXV.

Hruodgangus Mettensis urbis archiepiscopus corpora sanctorum Gorgonii, Naboris et Nazarii a Paulo Romanae sedis apostolico de Roma in Franciam transtulit.

DCCLXVI.

Corpus sancti Gorgonii conditum est in monasterio, cui vocabulum est Gorzia, sancti vero Naboris in alio monasterio, quod dicitur Nova-cella, Nazarii autem in monasterio Lauresham, quod est in Germania; in quibus locis miraculis vivunt et gloria.

DCCLXVII.

Lemovica Aquitaniae Pippino expugnante capta est.

764.

Ebben az évben a tél kemény volt és a szokásosnál is jobban elhúzódott.

765.

Hruodgang, Metz város érseke Szent Gorgonius, Nabor és Nazarius testét Rómából, Pál apostolutódtól Frankföldre szállíttatta át.

766.

Szent Gorgonius testét abban a monostorban helyezték nyugalomra, melynek neve Gorzia,[5] Szent Naborét egy másik monostorban, melyet Nova Cellának hívnak, Nazariusét pedig a lorchi monostorban, amely Germániában van. Ezeken a helyeken élnek csodákkal és dicsőséggel.

767.

Az aquitániai Limogest Pippin ostrommal bevette.

5 Gorze

DCCLXVIII.

Pippinus interfecto Waiphario et omni Aquitania subacta rediens apud Parisios VIII. Kal. Octobr. diem obiit anno aetatis LIIII.; filiique eius Carlus et Carlomannus infulas regni suscipiunt.

DCCLXVIIII.

Carlus cum fratre Carlomanno Hunoldum in Aquitania rebellare et imperio suo resistere conantem bello superatum capit.

DCCLXX.

Berhta regina filiam Desiderii, regis Langobardorum, Carlo filio suo coniugio sociandam de Italia adduxit.

DCCLXXI.

Karlomannus rex decessit II. Non. Decembr. in villa Salmuntiaco, sepelitur Remis; uxor eius et filii in Italiam pergunt. Carlus habita synodo in Valentianas Corbanacum venit, ubi omnes episcopos, abbates, comites et duces, qui fuerunt fratris sui, ad se venientes suscepit, exceptis paucis, qui cum uxore Carlomanni perrexerunt.

768.

Pippin, miután Waiphart megölték és egész Aquitániát leigázta, szeptember 24-én Párizs mellett, 54 éves korában utolsó napját érte meg; fiai, Károly és Karlmann veszik át az királyság fejékeit.

769.

Károly fivérével, Karlmann-nal háborúban legyőzi és elfogja Hunoldot, aki Aquitániában lázadni és uralmának ellenállni próbált.

770.

Berhta királyné Itáliából elhozta Desideriusnak, a langobardok királyának lányát, hogy fiához, Károlyhoz adja feleségül.

771.

Karlmann király december 4-én Samouyban elhunyt, Reimsben temetik el; felesége és fiai Itáliába mennek. Károly, zsinatot tartva Valenciennes-ben, Corbeny-be ment, ahol minden püspököt, apátot, grófot és herceget, akik fivéréhez tartoztak, személyesen fogadott, kivéve néhányat, akik elutaztak Karlmann feleségével.

DCCLXXII.

Carlus Saxoniam bello adgressus Eresburgum castrum capit et idolum Saxonum, quod vocabatur Irminsul, destruit. Ubi cum exercitus prae siccitate siti deficeret, subito in quodam torrente media die divinitus aquae effusae sunt largissimae. Saxones iuxta Visurgim fluvium ad regem venientes datis obsidibus XII cum eo pacificantur. Adrianus Romae pontificatum suscipit.

DCCLXXIII.

Carlus ab Adriano pontifice pro defensione rerum sancti Petri invitatus cum exercitu ad Italiam vadit. Cui Desiderius obsistere nitens clusis Alpium obseratis occurrit; Franci clusis potiti Desiderium fugientem et Papiae inclusum obsident. Carlus orandi gratia Romam vadit et ab Adriano honorifice susceptus sanctum diem paschae cum laetitia celebrat.

DCCLXXIII.

Langobardi obsidione pertaesi pariter cum rege Desiderio egrediuntur ad regem. Ille vero altera die cum hymnis et laudibus urbem ingrediens thesauros regum repertos exercitui distribuit et cunctum Italiae regnum adeptus regreditur in Franciam, ducens secum Desiderium cum coniuge eius. Adalgisus filius eius Con-

772.

Károly háborúban megtámadva Szászországot elfoglalta Eresburg várát, és lerombolta a szászok bálványát, amelyet Irminsulnak hívtak. Mikor itt a sereg a szárazság miatt szomjazott, hirtelen, a nap közepén, egy patakmedert Isten bőséges vízáradattal öntött el. A szászok a Weser folyó mellett a királyhoz járulva, 12 túsz átadásával békét kötnek vele. Rómában Adorján kezdi meg pápaságát.

773.

Károly, miután Adorján pápa Szent Péter javainak védelmére hívja, sereggel Itáliába vonul. Desiderius megpróbálva ellenállni neki, az Alpok hágóit lezárva száll vele szembe; a frankok a hágókat megszerezve Desideriust megfutamítják és Paviába beszorítva ostromolják. Károly Rómába megy, hogy imádkozzon, s miután Adorján pápa tisztelettel fogadja, örömmel ünnepli a húsvét szent napját.

774.

A langobardok belefáradva az ostromba Desideriussal királlyal együtt kimennek a királyhoz. Ő pedig másnap himnuszokkal és dicséretekkel bevonulva a városba, a királyok kincstárát megtalálva szétosztotta a seregnek, és Itália fölött teljessé téve uralmát, visszatér Frankföldre, magával víve Desideriust feleségével együtt. Fia, Adalgis Konstanti-

stantinopolim fugit. Interea Saxones in Hessis Francorum terminos vastant. Erat autem ibi in loco, qui vocatur Friteslar, basilica, quam sanctus Bonifatius martyr olim dedicans prophetico spiritu numquam igne cremandam esse praedixit. Cui cum pagani toto nisu ignem subponere conarentur, divino pavore perterriti fugae praesidium sumunt. Duo namque iuvenes in vestibus albis basilicam ab igne defendebant, quos et christianis et barbaris quibusdam divinitus videre concessum est; unus tamen ex hostibus iuxta basilicam flexis genibus adclinis lignis et igni incumbens, specie flantis repertus est mortuus. His temporibus dedicata est basilica sancti Nazarii martyris in Lauresham, et translata sunt ossa eius in illam.

DCCLXXV.

Carlus Saxonum perfidiam ultus omnes eorum regiones ferro et igni depopulatur, Sigiburgum castrum capit, Eresburgum reaedificat; duobus eos proeliis superat, uno iuxta Brunesberge ripas Visurgis fluminis defendere conantes et II. in Lidbechi maxima eorum multitudine interfecta. Hruodgaudus Langobardus in Italia regnum affectat.

DCCLXXVI.

Carlus contra Hruodgaudum in Italiam profectus eundem interficit. In Saxonia Eresburgum castrum Saxonibus redditum, Sigiburgum ab eis obsessum, sed non expugnatum.

nápolyba menekült. Közben a szászok Hessenben a frank határokat pusztítják. Volt ott egy helyen, melyet Friteslarnak hívnak, egy bazilika, melyet mikor egykor Szent Bonifác vértanú felszentelt, prófétai lélekkel megjósolta, hogy sosem égeti fel tűz. Miután a pogányok mindent megpróbáltak, hogy lángba borítsák, istenfélelemmel eltelve futásban keresnek menedéket; ugyanis két fehér ruhás ifjú védelmezte a tűztől a bazilikát, és Isten megengedte, hogy őket néhányan meglássák mind a keresztények, mind a barbárok közül. Az egyik ellenséges katonát pedig a bazilika mellett halva találták, amint meghajtott térddel, a tűzifának és a tűznek támaszkodva feküdt, mintha fújná a tüzet. Ezekben az időkben szentelték fel Lorschban a bazilikát Szent Nazarius vértanú tiszteletére, és vitték át oda a szent csontjait.

775.

Károly a szászok hűtlenségét megbosszulva minden vidéküket tűzzel-vassal feldúlja, elfoglalja Sigiburg várát, Eresburgot újjáépíti. Két csatában diadalmaskodik: az egyikben Brunsberg mellett a Weser folyó partjait védelmezők felett, a másikban Lidbechnél, igen sokukat megölve. A langobard Hruodgaud Itáliában uralomra tör.

776.

Károly Hruodgaud ellen Itáliába vonulva megöli őt. Szászországban Eresburg várát visszavették a szászok; Sigiburgot ostromolták, de bevenni nem tudták.

DCCLXXVII.

Saxones, post multas caedes et varia bella adflicti, tandem christiani effecti Francorum dicioni subduntur. Et conventus in Saxonia habitus in loco, qui vocatur Padrabrunno; ubi Ibinalarabi Sarracenus praefectus Caesaraugustae venit ad regem. Ibi Saxones baptizati ingenuitatem et omnem proprietatem suam secundum morem gentis abdicantes regi tradiderunt, si a die illa et deinceps christianitatem et regi ac filiis eius fidelitatem abnegassent.

DCCLXXVIII.

Carlus cum exercitu in Hispania usque Caesaraugustam venit, Pampilonam urbem destruit, de Ibinalarabi et de Abitauro praefectis Sarracenorum obsides accipit, Wasconibus et Nabarris subactis revertitur in Franciam. Interea Saxones Widukindo tyrannidi nitente Francorum terminos usque ad Rhenum ferro et igni devastant, sed non inulti revertuntur; nam ab exercitu regis, quem contra eos miserat, in loco, qui dicitur Liesi, super fluvium Adarna pars maxima eorum interfecta est. Eo tempore monachi Fuldensis coenobii propter timorem Saxonum adsumptis secum sancti Bonifacii martyris ossibus fugerunt de monasterio per milia passuum fere XIIII.

777.

A szászok sok öldöklés és különböző háborúk után megtörve végül kereszténnyé lesznek, alávetve magukat a frankok uralmának. És gyűlést tartottak Szászországban azon a helyen, amit Paderbornnak hívnak; itt Ibinalarabi, Zaragoza szaracén elöljárója eljött a királyhoz. A szászok pedig itt megkeresztelkedve népük szokása szerint szabadságukról és minden tulajdonukról lemondva a királynak adták át azt, ha ettől a naptól kezdve megtagadnák a kereszténységet és a király, illetve fiai iránti hűségüket.

778.

Károly seregével Hispániába, egészen Zaragozáig vonult, Pamplona városát lerombolta, Ibinalarabi és Abitaur szaracén elöljáróktól túszokat szedett, s miután leigázta a baszkokat és a navarraiakat, visszatért Frankföldre. Közben a szászok, mivel Widukind egyeduralomra tört, a frankok határait egészen a Rajnáig tűzzel-vassal dúlták fel, ám nem tértek haza bosszulatlanul: a király serege ugyanis, melyet ellenük küldött, azon a helyen, melyet Liesinek mondanak, az Eder folyó felett, nagy részüket levágta. Ebben az időben a fuldai monostor szerzetesei a szászoktól való félelmükben, Szent Bonifác vértanú csontjait magukhoz véve, elmenekültek a monostortól úgy 14 mérföldre.

DCCLXXVIIII.

Carlus more suo Saxonum perfidiam in loco, qui dicitur Hohholz, per se ulciscitur et omnes acceptis firmat obsidibus in loco, qui vocatur Medofulli. Hildibrandus dux Spolitanus ad Carlum venit. Sturmi abbas Fuldensis coenobii moritur; cui successit Baugolf eiusdem monasterii monachus.

DCCLXXX.

Carlus habito conventu in Saxonia iterum eam subigit; dispositisque tam Saxonum quam Sclavorum rebus orationis causa Romam vadit.

DCCLXXXI.

Pippinus filius Carli Romae baptizatur ab Adriano pontifice, a quo et ipse et frater eius Hludowicus uncti sunt in reges. Tassilo dux Baioariae apud Wormaciam sacramento et obsidibus suae subiectionis fidem facit honorifice remissus ad sua. Eo tempore multa signa apparuerunt, inter quae signum crucis in vestimentis hominum frequentissime visum est; sanguis etiam e terra ac de caelo perhibetur fluxisse.

DCCLXXXII.

Carlus habuit conventum in loco, ubi Lippia oritur, cum omnibus primatibus Saxonum, excepto Widukindo rebelle et eis, qui cum eo

779.

Károly szokása szerint a szászok hűtlenségét maga torolja meg egy helyen, amit Hohholznak mondanak, és túszokat szedve biztosít mindenkit azon a helyen, melyet Medofullinak hívnak. Hildibrand spoletói herceg elment Károlyhoz. Meghal Sturmi, a fuldai monostor apátja; őt ugyane monostor szerzetese, Baugolf követi.

780.

Károly Szászországban gyűlést tartva azt ismét hódoltatja; s miután elrendezte úgy a szászok, mint a szlávok ügyeit, Rómába megy, hogy imádkozzon.

781.

Pippint, Károly fiát Rómában megkereszteli Adorján pápa, aki őt és fivérét, Lajost is királlyá kente. Tasziló bajor herceg Wormsnál esküvel és túszokkal biztosította hódolatáról, majd tisztelettel visszaengedték birtokaira. Ebben az időben sok jel tűnt fel, köztük igen gyakran a kereszt jele az emberek ruháin; a beszámolók szerint vér is folyt a földből és az égből.

782.

Károly gyűlést tartott azon a helyen, ahol a Lippe ered, a szászok összes főemberével, kivéve a lázadó Widukindet és azo-

erant. Ubi ad eum venerunt missi Sigifridi regis Danorum, Halpdani videlicet cum sociis suis, missi quoque Hunorum Cagani et Iugurri. Quibus auditis atque remissis rex quidem in Frantiam reversus est, Saxones vero suadente Widukindo iterum rebelles effecti legatos regis Adalgisum et Gailonem in Sclavos cum exercitu missos conserto cum eis proelio in loco, qui vocatur Sundtal, non sine grandi clade suorum occiderunt: quorum mors quattuor milium et quingentorum hominum decollatione vindicata est.

DCCLXXXIII.

Hildigarda regina diem obiit II. Kal. Maii; decessit et Berhta regis mater IIII. Id. Iul. Carlus Saxones duobus magnis proeliis vicit, uno in Thiotmellie, altero iuxta fluvium Hasa, inmensa eorum multitudine interfecta. Eodem anno rex Fastradam duxit uxorem.

DCCLXXXIIII.

Carlus iunior a patre in Saxoniam cum exercitu missus Westfalaos in proelio superavit et domuit.

DCCLXXXV.

Widukind Saxo Attiniaci ad fidem Carli venit et baptizatus est, et Saxonia tota subacta. Coniuratio orientalium Francorum, quae

kat, akik vele voltak. Itt elé járultak Sigifrid dán király küldöttei, tudniillik Halpdani a társaival, és a hunok kagánjának és jugurrusának küldöttei is. Őket meghallgatva és elbocsájtva a király ugyan visszatért Frankföldre, ám a szászok Widukind sugallatára ismét lázongani kezdve, a Sundtal nevű helyen csatában megütközve – bár embereik nagy vesztesége árán – megölték Adalgist és Gailót, akiket a király sereggel a szlávokhoz küldött megbízottjaként. Halálukat négyezerötszáz ember lefejezésével bosszulta meg.

783.

Hildigard királyné április 30-án utolsó napját érte meg; július 12-én elhunyt Berhta, a király anyja is. Károly két nagy csatában legyőzte a szászokat, roppant sokaságukat ölve meg; az egyik Detmoldnál, a másik a Hase folyó mellett volt. Ugyanebben az évben a király felségül vette Fastradát.

784.

Az ifjabb Károlyt apja Szászországba küldte sereggel; a vesztfálokat csatában legyőzte és hódoltatta.

785.

Widukind a szászországi Attignyben Károly hűségére tért és megkeresztelkedett, és egész Szászország behódolt. A hartrátoknak

vocatur Hartrati, contra regem exorta et cito conpressa est.

DCCLXXXVI.

Carlus per Autulfum senescalcum misso exercitu Brittones domuit et ipse per Italiam rebus ordinatis orationis causa Romam vadit. Lullo Mogontiacensi episcopo defuncto Richolf successit. Auctores conspirationis contra regem partim morte partim caecitate et exilio damnantur.

DCCLXXXVII.

Eclipsis solis facta est XV. Kal. Oct. Carlus cum exercitu Beneventanos ingressus Capuam venit; Grimaldum filium Aragisi ducis Beneventanorum in obsidatum accepit. Hruodthrudis filia regis a Constantino imperatore desponsatur.

DCCLXXXVIII.

Tassilo dux Baioariorum ad Carlum in palatio Ingilenheim veniens multis periuriis et infidelitatibus convictus deponitur. Graecorum exercitus a Francis et Langobardis et Beneventanis proelio superatur; similiter et Avares in marcha Baioariae atque

nevezett keleti frankok összeesküvést szőttek a király ellen, amelyet gyorsan felszámoltak.

786.

Károly Autulf szenesál[6] révén, sereget küldve leigázta a bretonokat, maga pedig a dolgokat elrendezve Rómába ment, hogy imádkozzon. Miután meghalt Lullus mainzi püspök, Richolf lett utódja. A király elleni összeesküvés kezdeményezőit részben halállal, részben megvakítással és száműzetéssel büntették.

787.

Szeptember 17-én napfogyatkozás volt. Károly, sereggel támadva meg a beneventóiakat, Capuába érkezett; Grimaldot, Aragis beneventói herceg fiát túszként vitte magával. Konstantin császár eljegyezte Hruodthrudist, a király lányát.

788.

Tasziló, a bajorok hercege elment Károlyhoz az ingelheimi palotába; miután sok jogtalanságot és hűtlenséget bizonyítottak rá, letették trónjáról. A frankok, langobardok és beneventóiak csatában legyőzték a görögök seregeit; hasonlóképp az avarokat is

6 *senescalcus*, fr. *sénéchal*, kb. „udvarnagy"; a méltóságot Fülöp Ágost törölte el 1191-ben.

Italiae a regis exercitibus victi atque fugati sunt.

DCCLXXXVIIII.

Carlus per Saxones iter faciens venit ad Albim fluvium, habens in exercitu suo Francos, Saxones, Sorabos et Abodritos, quorum princeps erat Witzan, Fresones quoque per Habola fluvium navigio venientes. Constructis duobus pontibus, quorum alterum ex utraque parte castellis munivit, transito flumine, Sclavorum, qui vocantur Wilzi, terram ingressus magnis eos proeliis domuit ac dicioni suae subiugavit.

DCCXC.

Hic annus a bellorum motibus quietus fuit; quem rex apud Wormaciam transegit.

DCCXCI.

Palatium Wormacense incendio consumptum est. Carlus propter multa mala et praedationes ac caedes, quas Huni exercuerunt in populo Dei, provocatus congregato exercitu in Baioaria iuxta Anisam fluvium cum omni populo suo ieiuniis et obsecrationibus triduo celebratis exercitum dividit. Ipse cum Francis, Alamannis et Baioariis ex australi parte Danubii per Cummiberg, Saxonibus et Thuringis cum parte Francorum per litus septentrionale

legyőzték és megfutamították a király seregei a bajor és itáliai őrgrófságokban.

789.

Károly a szászok földjén átutazva elment az Elba folyóhoz, seregében frankokkal, szászokkal, szorbokkal és abodritákkal (akiknek fejedelme Witzan volt), és a Havel folyón hajóval átkelő frízekkel. Két hidat építve, melyek közül az egyiket mindkét részről erődítéssel látta el, átkelt a folyón, és a wilzeknek nevezett szlávok földjére behatolva nagy csatákban győzte le és igázta uralma alá őket.

790.

Ezt az évet, melyet a király Wormsban töltött, nem zavarták meg hadműveletek.

791.

A wormsi palota tűzvészben leégett. Károly, feltüzelve a sok gaztettől, fosztogatástól és öldökléstől, melyeket a hunok követtek el Isten népe ellen, sereget gyűjtve Bajorországban, az Enns folyó mellett egész népével háromnapos böjtöt és imádságot tartott, majd két részre osztotta seregét. Maga a frankokkal, alamannokkal és bajorokkal a Duna déli partjáról Cummibergen át ment, a szászok és a thüringiaiak a frankok egy részével az északi part

pergentibus, Fresonibus vero et, qui cum ipsis deputati sunt, navali evectione per alveum euntibus Pannoniam ingressus Hunis perterritis et fugientibus omnes eorum regiones usque ad Raba fluvium ferro et igni devastat.

DCCXCII.

Haeresis Feliciana ipso auctore eam abnegante apud Reganesburg primum damnata est; qui etiam per Engilberhtum abbatem in praesentiam Adriani apostolici adductus denuo eam confessione facta damnavit. Coniuratio Pippini contra patrem facta in Baioaria cito detecta et conpressa est, auctoribus factionis partim morte partim exilio et caecitate damnatis. Pons navalis in Danubio factus est.

DCCXCIII.

Fossa a rege facta est inter Radantiam et Alcmonam fluvios. Proelium factum est inter Sarracenos et Francos in Gothia, in quo Sarraceni superiores extiterunt. Saxones more solito defecerunt.

DCCXCIIII.

Synodus habita in Franconofurt, in qua haeresis Feliciana coram episcopis Galliarum et Germaniarum Italorumque praesente magno principe Carlo et missis Adriani apostolici Theophilacto et Stephano episcopis tertio damnata est et rata stipulatione

mentén haladtak, a frízek pedig, és akiket melléjük osztottak be, a folyón hajózva hatoltak be Pannóniába. Miután a hunok megrettentek és megfutamodtak, minden tartományukat tűzzel-vassal dúlja fel, egészen a Rába folyóig.

792.

A felíciánus eretnekséget, miután szerzője maga is megtagadta, először Regensburgban ítélték el; miután őt Engilberht apát Adorján apostolutód színe elé vezette, meggyónva ismét elítélte azt. Pippin apja elleni összeesküvését Bajorországban gyorsan felfedték és elfojtották, a pártütés vezetőit részben halállal, részben száműzetéssel és vaksággal büntetve. Hajóhíd épült a Dunán.

793.

A király csatornát ásatott a Rednitz és az Altmühl folyók közt. Csata volt a szaracénok és frankok között Gótföldön, melyben a szaracénok kerekedtek felül. A szászok szokásuk szerint elpártoltak.

794.

Zsinatot tartottak Frankfurtban, melyen a gall és germán püspökök előtt, Károly itáliai nagyhercegnek és Adorján apostolutód követeinek (Theophülaktosz és István püspököknek) jelenlétében a felíciánus eretnekséget harmadszor is elítélték, és közös meg-

damnatio roborata. Fastrada regina moritur et Mogontiaci apud sanctum Albanum honorifice sepulta est. Pseudosynodus Graecorum pro adorandis imaginibus habita et falso septima vocata ab episcopis damnatur. Saxones in Sinitfelde congregati a Carlo subacti sunt et tertius ex eis homo translatus. His temporibus Alahwinus diaconus cognomento Albinus sanctitate et doctrina clarus habetur.

DCCXCV.

Carlus cum exercitu Saxoniam ingenti populatione vastando pervenit usque ad locum, quem vocant Hliuni, ubi Witzan dux Abodritorum ad regem pergere volens a Saxonibus occisus est. In quo loco Tudun, qui in gente Hunorum magnae potestatis erat, per legatos suos se et terram cum populo, cui praeerat, regi daturum et christianum futurum esse promisit. Rex vero afflictis Saxonibus et obsidibus firmatis in Franciam rediit.

DCCXCVI.

Adriano pontifice defuncto Leo papa successit. Cagan et Iugurro

egyezéssel egyházi büntetéssel is megerősítették az ítéletet. Meghal Fastrada királyné és Mainzban, a Szent Albanus-templomban temetik el nagy tisztességgel. A görögök hamis zsinatot tartottak a képimádatról, melyet tévesen hetediknek neveztek[7]; ezt a püspökök elítélték. A szászok Sinitfeldében összegyűlve behódoltak Károlynak és rangban harmadik emberüket túszként átadták. Ezekben az időkben Alahwin diakónus, vagy ahogy hívni szokták, Albin szentsége és nagy tudása miatt híres.

795.

Károly seregével Szászországot roppant pusztítással feldúlva eljut egészen addig a helyig, melyet Lüneburgnak hívnak, ahol Witzant, az abodriták hercegét megölték a szászok, mikor el akart jutni a királyhoz. Ezen a helyen a tudun, aki a hunok népe körében nagy hatalommal bírt, követei útján megígérte, hogy földjét a néppel együtt, melynek élén állt, a királynak fogja adni és kereszténnyé lesz. A király pedig, megverve a szászokat és túszokkal biztosítva magát, visszatért Frankföldre.

796.

Miután Adorján pápa meghalt, Leó pápa[8] lett utódja. Miután a ka-

7 Ti. a II. Níceai Zsinat, mely a 7. egyetemes zsinat volt.

8 III. (Szent) Leó, 795–816.

principibus Hunorum civili bello et intestina clade a suis occisis campus eorum, quem vocant Hringum, primo per Ehericum ducem Foroiuliensem, deinde per Pippinum filium regis aditus et captus est; et omnes Hunorum opes ac thesauri sublati et Carlo in Aquisgrani palatio allati sunt. Tudun secundum pollicitationem suam cum populo suo ad regem baptizatus et honorifice remissus est. Saxonia iterum a rege vastatur.

DCCXCVII.

Barcinona Hispaniae civitas, quae iam pridem a Francis defecerat, per Zatum Sarracenum praefectum eius Carlo reddita est. Constantinus imperator a Graecis excaecatus est. Carlus expeditione facta totam Saxoniam usque ad Hadaloha, quae sita est in littore oceani, peragravit atque in deditionem per obsides acceptam Aquisgrani revertitur; ubi Abdellam Sarracenum, filium Ibin-Maugae regis, qui a fratre regno pulsus in Mauritania exulabat, ipso se commendante suscepit. Illuc quoque legatus Nicetae praefecti Siciliae, nomine Theoctistus, venit cum epistola imperatoris; quem rex magnifice suscipiens post paucos dies absolvit et abire permisit.

gánt és jugurrt, a hunok fejedelmeit polgárháborús belharcokban megölték, táborukat, melyet Hringusnak hívnak, először Eheric, Friuli hercege, azután Pippin, a király fia érte el és foglalta el; és a hunok minden javait és kincseit elhozták és elvitték Károlynak aacheni palotájába. A tudun ígérete szerint népével együtt a király előtt megkeresztelkedett, és tisztelettel hazaengedték. Szászországot ismét feldúlta a király.

797.

A hispániai Barcelona városát, mely már korábban elpártolt a frankoktól, elöljárója, a szaracén Zatus visszaadta Károlynak. Konstantin császárt megvakították a görögök. Károly egy hadjáratban egész Szászországot bejárta egészen Habelnig, amely az óceán partján fekszik, és túszszedéssel behódoltatva visszatér Aachenbe. Itt fogadja a magától jelentkező szaracén Abdellát, a fivére által országából elűzött és száműzetésben Mauritániában élő Ibn-Mauga király fiát. Oda érkezett Nikétásznak, Szicília prefektusának követe is, név szerint Theoktisztosz, a császár levelével; a király nagy pompával fogadva néhány nappal később elbocsájtotta és hozzájárult távozásához.

DCCXCVIII.

Carlus cum exercitu hiemavit in Haristallio Saxonico. Hadofuns rex Galleciae et Asturiae per Floram legatum suum papilionem mirae pulchritudinis regi transmisit. Transalbiani Saxones seditione commota legatos regios, qui ad iustitias faciendas apud eos versabantur, conprehendunt, quibusdam ex eis statim trucidatis, quibusdam ad redimendum reservatis; ex quibus aliqui effugerunt, ceteri redempti sunt. Quo audito rex in desertores arma corripiens totam Saxoniam inter Albim et Visurgim populando peragravit. Transalbianos per Eburisum legatum suum et Thrasuchonem ducem Abodritorum in proelio vicit, caesis in loco certaminis quatuor milibus, ceteris pacem postulantibus. A quibus rex acceptis obsidibus Aquisgrani reversus epistolam Herenae imperatricis, cuius filius Constantinus anno priore excaecatus est, a Constantinopoli per Michahel patricium Frigiae et Theophilum presbyterum pro pace missam suscepit; quos cum remisisset, remisit etiam cum eis et Sisinnium fratrem Tarasii Constantinopolitani episcopi iam dudum in Italia proelio captum. Hadofuns quoque supradictus rex praedata Olisippona Hispaniae civitate insignia victoriae suae, loricas, mulos captivosque Mauros, per Froiam et Basiliscum legatos suos misit. Mauri piraticam exercere incipiunt.

798.

Károly seregével a szász Herstalban telelt. Hadofuns,[9] Galícia és Asztúria királya követe, Flora útján csodálatosan szép díszpavilont küldött a királynak. Az Elbán túli szászok, miután lázongások törtek ki náluk, a királyi küldötteket, akik igazságszolgáltatás céljából jöttek hozzájuk, elfogják, egyeseket közülük tüstént felkoncolva, másokat váltságdíjért otttartva. Ezek közül néhányan elszöktek, a többit kiváltották. Ennek hallatán a király, fegyvert ragadva a pártütők ellen, az Elba és a Weser között egész Szászországot végigpusztítva járta be. Az Elbán túliakat követe, Eburis és az abodriták hercege, Thrasucho révén csatában legyőzte, a csatamezőn négyezrüket levágva, a többiek pedig kegyelmet kértek. A király túszokat szedve tőlük visszatért Aachenbe; itt vette át Eiréné császárnő (akinek fiát, Konstantint előző évben megvakították) békekérő levelét, melyet Konstantinápolyból küldött Mihály frígiai patrícius és Theophilosz presbiter útján. Mikor elbocsájtotta őket, elküldte velük Sziszinnioszt, Tarasziosz konstantinápolyi püspök fivérét is, aki jóval korábban, egy itáliai csatában esett fogságba. Hadofuns, a fönt említett király is elküldte követei, Froia és Basiliscus útján a hispániai Lisszabon városánál aratott győzelme jelvényeit, vérteket, mór öszvéreket és foglyokat. A mórok kalózkodásba fognak.

9 II. Alfonz, Asztúria királya (791-842)

DCCXCVIIII.

Leo papa a Romanis in letania maiore lingua detruncata excaecatus et per Wirundum abbatem ac Winigisum ducem Spolitanum ereptus ad Carlum in Saxonia ad Padrabrunno deductus est. Ehericus dux Foroiuliensis iuxta Tharsaticam Liburniae civitatem insidiis oppidanorum occisus est; et Geroldus Baioariae praefectus cum Hunis dimicans interfectus est. Baleares insulae postulato et accepto Carli auxilio Mauris et Sarracenis, a quibus priore anno praedabantur, ereptae sunt. Signa quoque Maurorum in pugna sublata regi sunt praesentata. Brittannia cismarina per Witonem ducem tota subacta et arma ducum, qui se dediderant, inscriptis singulorum nominibus regi praesentata sunt; nam his se et terram et populum unusquisque tradidit. Patriarcha Hierosolimitanus reliquias de sepulchro Domini per monachum quendam regi transmisit. Et Azan praefectus civitatis, quae dicitur Osca, claves urbis per legatum suum cum aliis muneribus misit.

DCCC.

Rex absolutum Hierosolimitanum monachum reverti fecit, misso cum eo Zacharia presbytero de palatio suo, qui eius donaria

799.

Leó pápának a rómaiak a körmeneten kivágták a nyelvét és megvakították; Wirund apát és Winigis spoletói herceg kimenekítette őt és Károlyhoz, Szászországba, Paderbornba vezették. Eheric friuli herceget a liburniai[10] Tersatto város mellett a városbeliek cselvetése során megölték; a hunokkal csatázva elesett Gerold, Bajorország elöljárója is. A Baleári-szigeteket, melyek Károly segítségét kérték és meg is kapták, elvette a móroktól és a szaracénoktól, akik előző évben felprédálták; a mórok csatában elvett hadijelvényeit be is mutatták a királynak. A tengeren inneni Britanniát[11] Wito herceg teljes egészében leigázta, és a vezérek fegyvereit, akik megadták magukat, mindannyiuk ráírt nevével bemutatták a királynak, mert ezekkel mindegyikük átadta magát, földjét és népét is. A jeruzsálemi pátriárka egy szerzetessel ereklyéket küldött a királynak az Úr sírjából. És Azan, annak a városnak az elöljárója, melyet Oscának[12] neveznek, követe útján elküldte a város kulcsait más ajándékokkal együtt.

800.

A király a jeruzsálemi szerzetest elbocsájtva útnak indította hazafelé, elküldve vele udvarából Zakariás presbitert, hogy juttassa el

10 Kb. a mai Észak-Dalmácia

11 Bretagne

12 Huesca

per illa sancta loca deferret. Ipse peragratis oceani Gallici litoribus, quod piratis infestum erat, dispositisque praesidiis revertens Turonis ad sanctum Martinum orationis causa pervenit; ubi Hildigardis coniunx eius defuncta est et humata. Inde reversus propter Leonis papae causam Romam proficiscitur ibique hiemavit; et exercitum cum Pippino filio suo in Beneventanorum terras praedatum ire iussit. Leo papa, postquam facta de eo quaestione nullus probator criminum ei obiectorum esse voluit, in basilica sancti Petri ambonem ascendit posito super caput suum evangelio et coram omni populo invocato sanctae Trinitatis nomine iureiurando ab obiectis se criminibus purgavit.

DCCCI.

In die natalis Domini ante confessionem beati Petri apostoli, cum rex ab oratione surgeret, Leo papa coronam capiti eius imposuit, et a cuncto Romanorum populo adclamatum est: „Carlo augusto a Deo coronato magno et pacifico imperatori Romanorum vita et victoria!" Et post laudes more antiquorum principum adoratus est atque ablato patricii nomine imperator et augustus est appellatus. Post paucos autem dies iussit eos, qui pontificem anno superiore deposuerunt, exhiberi; et habita de eis quaestione secundum legem Romanam ut maiestatis rei capitis sententia damnati sunt. Pro quibus tamen papa pio affectu apud imperatorem intercessit; nam et vita et membrorum integritas eis concessa est, ceterum pro facinoris magnitudine exilio deportati sunt. Terrae

ajándékait a szent helyekre. Maga pedig végigjárva a Gall-tenger partjait, mert tartani kellett a kalózoktól, és őrségeket felállítva visszatér Tours-ba, hogy imádkozzon Szent Márton templománál; itt hunyt el és itt temették el feleségét, Hildigardot. Innen Leó pápa ügye miatt visszafordulva Rómába indul és ott telelt; és parancsot adott, hogy serege fiával, Pippinnel menjen zsákmányolni a beneventóiak földjére. Leó pápa, miután vizsgálatot tartottak felette, de senki sem akarta bebizonyítani az ellene felhozott vádakat, a Szent Péter-bazilikában az ambóra föllépve, az Evangéliumot a feje fölé tartva és az egész meghívott nép színe előtt, a Szentháromság nevére megesküdve tisztázta magát az ellene felhozott vádak alól.

801.

Az Úr születése napján, Szent Péter apostol bűnvallomása előtt, mikor a király felegyenesedett imádságából, Leó pápa koronát helyezett fejére, és Róma egész népe így kiáltott fel: „Éljen és dicsőséges legyen a felséges Károly, akit Isten koronázott meg, a nagy és békeszerető római császár!" És a laudációkat követően a régi princepsek módjára méltatták, illetve a patricius címet lecserélve császárnak és fenségnek nevezték. Pár nappal később pedig megparancsolta, hogy adják ki azokat, akik az előző évben letették a pápát; és kihallgatva őket a római törvények szerint, mint felségsértőkre halálbüntetést szabott ki rájuk. Azonban a pápa szent érzülettel közbenjárt értük a császárnál; így mind életüket, mind testi épségüket meghagyta, ám gaztettük mértéke szerint

motus factus est II. Kal. Maii per totam Italiam tam vehemens, ut in quibusdam locis urbes ruerent et montes et tectum basilicae beati Pauli apostoli Romae cum trabibus suis magna ex parte decideret; circa Rhenum quoque et in Gallia et in Germania quaedam loca tremuerunt. Barcinona civitas in Hispania et in Italia Teate captae sunt; praefectis earum, Zatun videlicet Barcinonae et Roselmo Teate, conprehensis regi pariter praesentatis et exilio damnatis.

DCCCII.

Herena imperatrix de Constantinopoli misit legatum nomine Leonem spatarium de pace confirmanda inter Francos et Graecos; et imperator vicissim absoluto illo misit Iesse episcopum Ambianensem et Helmgaudum comitem Constantinopolim, ut pacem cum ea statuerent. Isaac Iudaeus elefantum et alia munera, quae Aaron rex Persarum miserat, Aquisgrani Carlo detulit. Transalbiani Saxones a Francis vastantur. Ortona civitas in Italia in deditionem accepta et Luceria similiter, positum que in ea praesidium Francorum. Et Winigisus dux Spolitanus, qui praesidio praeerat, a Grimaldo obsessus et captus est. Eo anno Bougulfus abbas Fuldensis coenobii relicta, quam habuit, potestate Ratgarium successorem accepit. Paulinus patriarcha Foroiuliensis obiit.

száműzetésbe küldte őket. Április 30-án egész Itáliában olyan heves földrengés volt, hogy egyes helyeken városokat rombolt le, és hegyeket döntött le, valamint Rómában a Szent Pál-bazilika tetejének nagy részét a gerendákkal együtt. A Rajna környékén Galliában és egyes helyeken Germániában is voltak rengések. Hispániában Barcelona, Itáliában Chieti városát foglalták el; elöljáróikat, tudniillik Barcelonában Zatunt és Chietiben Roselmust elfogva és a királynak bemutatva száműzetésre ítélték.

802.

Eiréné császárnő Konstantinápolyból követet küldött (fegyverhordozóját, név szerint Leót), hogy megszilárdítsa a békét a frankok és a görögök között; a császár pedig elbocsájtva őt, viszonzásképp elküldte Jesse amiensi püspököt és Helmgaud grófot Konstantinápolyba, hogy békét kössenek vele. A zsidó Izsák elefántot és más, Áron perzsa király által küldött ajándékokat hozott Aachenbe Károlynak. A frankok feldúlják az Elbán túli szászok földjét. Ortona város Itáliában megadta magát, és Luceria hasonlóképp; ebben frank helyőrséget állítottak fel. Wingis spoletói herceget is, aki az erőd élén állt, ostrom alá vette és elfogta Grimald. Ebben az évben Bougulf, a fuldai monostor apátja hatalmát átadva Ratgart fogadta el utódjául. Meghalt Paulinus friuli pátriárka.

DCCCIII.

Winigisus a Grimaldo redditus et missi imperatoris de Constantinopoli reversi sunt. Et venerunt cum eis legati Nicifori imperatoris tunc rempublicam regentis; nam post adventum legationis Franciae Herenam deposuerunt. Quos imperator ad se venientes in loco, qui dicitur Salz, super fluvium Sala suscepit et auditos cum epistola pactum faciendae pacis continente remisit ad propria.

DCCCIIII.

Carlus Saxones transalbianos cum mulieribus et natis transtulit in Franciam et pagos transalbianos Abodritis dedit. Leo papa ad imperatorem Carisiaci venit, ubi natale Domini cum eo celebravit; donatusque magnis muneribus per Baioariam reversus est Romam. Causa adventus eius haec erat: perlatum est ad imperatorem aestate praeterita Christi sanguinem in Mantua civitate fuisse repertum; propter hoc misit ad papam petens, ut huius famae veritatem inquireret. Qui accepta occasione exeundi primo in Langobardiam quasi pro inquisitione praedicta profectus est, inde arrepto itinere ad imperatorem usque pervenit; unde absolutus Romam repedavit. Rihbodo archiepiscopus Trevirensis moritur.

803.

A Grimald által elengedett Wingis és a császár küldöttei Konstantinápolyból visszatértek, és velük együtt jöttek Niképhorosz császár (aki akkor az állam uralkodója volt) követei is; a frank követség érkezése után ugyanis letették Eirénét. A hozzá érkezőket a császár azon a helyen fogadta, melyet Salznak mondanak, a Saale folyó fölött, és meghallgatva hazaküldte őket a tervezett békemegállapodást tartalmazó levéllel.

804.

Károly az Elbán túli szászokat asszonyaikkal és gyerekeikkel együtt átvitte Frankföldre, és az Elbán túli falvakat az abodritáknak adta. Leó pápa Quierzybe, a császárhoz ment, ahol vele ünnepelte az Úr születésnapját; és bőségesen megajándékozva Bajorországon át tért vissza Rómába. Idejövetelének oka ez volt: előző nyáron hírét vitték a császárhoz, hogy Mantovában megtalálták Krisztus vérét; emiatt a pápához küldetett, kérve őt, hogy derítse ki, igaz-e a hír. Ő pedig, amint lehetősége adódott, először Langobardiába utazott az említett vizsgálódás céljából, innen pedig útra kelve egészen a császárig jutott el; onnan elbocsájtva Rómába ment vissza. Meghal Rihbodo trieri érsek.

DCCCV.

Carlus iunior in Boemanos Sclavos cum exercitu a patre missus depopulata provincia regem eorum nomine Lechonem occidit. Capcanus princeps Hunorum Aquis ad imperatorem venit et, ut postulavit, inter Sabariam et Carnontum habitandi locum accepit, eo quod Sclavis infestantibus pristinas sedes habitare non potuit; erat enim christianus nomine Theodorus. Quo ad suos reverso et non multo post morte praevento cagano per legatos suos petenti ab imperatore concessus est honor antiquus, quem caganus apud Hunos iuxta priscum eorum ritum habere solebat.

DCCCVI.

Partitio regni Francorum ab imperatore facta in villa Theodonis inter filios suos, ut sciret unusquisque eorum, quam partem tueri et regere debuisset, si pater eum superstitem reliquisset. De hac partitione testamentum conscriptum et ab optimatibus Francorum confirmatum et Leonis apostolici subscriptione roboratum est. Carlus iunior cum exercitu a patre missus in Sorabos super Albim fluvium habitantes depopulata Sclavorum terra ducem eorum Miliduoch interfecit. Missa est et manus de Baioaria et Alamannia atque Burgundia in Boemanos vastataque provinciae non minima portione absque ullo gravi incommodo regressa est. In Corsicam quoque classis a Pippino contra Mauros missa est; cuius adventum Mauri non expectantes abscesserant. Hadumar

805.

Az ifjabb Károly, akit apja sereggel a cseh szlávok ellen küldött, a tartományt feldúlva megölte királyukat, név szerint Lechont. A kapkán, a hunok fejedelme a császár elé járult Acqsban, és amint kérte, Savaria és Carnuntum között lakóhelyet kapott, mivel a szlávok zaklatása miatt korábbi székhelyén már nem lakhatott; keresztény volt ugyanis, a neve Theodorus. Miután ő visszatért övéihez, és nem sokkal később a halál utolérte, a kagán megkapta a követek útján kért engedélyt a császártól a régi tisztségre, melyet a kagán a hunoknál régi szokásuk szerint viselni szokott.

806.

Thionvillében a császár fiai közt felosztotta a frankok országát, hogy tudja mindegyikük, melyik részét kellene őriznie és kormányoznia, ha atyjuk örökül hagyná rájuk. Ezt a felosztást írásba foglalták, megerősítették a frank előkelők és Leó pápa is véglegesítette apostoli aláírásával. Az ifjabb Károlyt apja az Elba folyó felett lakó szorbok ellen küldte; a szlávok földjét feldúlva megölte vezérüket, Miliduochot. Hadat küldtek Bajorországból és Alamanniából és Burgundiából a csehek ellen, az pedig a tartomány nem jelentéktelen részét feldúlva minden súlyosabb veszteség nélkül tért vissza. Pippin Korzikára is küldött hajóhadat, a mórok ellen; mivel a mórok nem számítottak ennek érkezésére, elhagyták a szigetet. Hadumar viszont, Ge-

tamen civitatis Genuae praefectus inprudenter contra eos dimicans occisus est.

DCCCVII.

Aaron rex Persarum papilionem et tentoria atrii vario colore facta mirae pulchritudinis imperatori misit; erant enim omnia bissina, tam tentoria quam funes eorum, diversis tincta coloribus; pallia quoque sirica multa et pretiosa et odores atque unguenta et balsamum necnon et horologium ex auricalco arte mechanica mirifice conpositum, in quo duodecim horarum cursus ad clepsidram vertebatur, cum totidem aereis pilulis, quae ad completionem horarum decidebant et casu suo subiectum sibi cimbalum tinnire faciebant, additis in eodem eiusdem numeri equitibus, qui per duodecim fenestras conpletis horis exiebant et inpulsu egressionis suae totidem fenestras, quae prius erant apertae, claudebant. Eodem anno rex Burchardum comitem stabuli sui cum classe misit in Corsicam, ut eam a Mauris, qui superioribus annis illuc praedatum venire consueverant, defenderet; a quo, cum venirent et cum eo decertarent, victi ac fugati sunt amissis duodecim navibus et plurimis suorum interfectis.

DCCCVIII.

Godafridus rex Danorum, Abodritos bello adgressos quamvis multis afficeret malis, cum magno tamen copiarum suarum

nova városának elöljárója, miközben meggondolatlanul harcba szállt velük, elesett.

807.

Áron, a perzsák királya díszpavilont és tarka színű szövetből készült, csodálatos szépségű sátrakat küldött a császárnak; teljes egészükben bisszusból készültek mind a sátrak, mind pedig zsinórjaik, különböző színűre festve; selyem sátorlapból is sok és szép volt, és illatosítók és kenetek és balzsam, valamint egy sárgarézből csodálatos mechanikai művészettel megszerkesztett óra, amelyben vízmeghajtás forgatta a tizenkét óra sorát, ugyanannyi fémgolyóval, melyek az órák leteltekor leestek, és esésükkel megszólaltattak egy csengettyűt; s volt még benne ugyanannyi lovagfigura, amelyek az órák leteltekor tizenkét ablakon át jöttek elő, és kilépésükkel bezártak ugyanannyi ablakot, amennyi azelőtt nyitva volt. Ugyanebben az évben a király Burchardot, istállómesterét hajóhaddal Korzikára küldte, hogy megvédjék azt a móroktól, akik az előző években rászoktak, hogy oda járjanak fosztogatni. Mikor ő megérkezett és megütköztek vele, vereséget szenvedtek és megfutamodtak, elveszítve tizenkét hajójukat és rengeteg emberüket.

808.

Godafrid dán király háborúval támadt az abodritákra; noha sok bajt hozott rájuk, mégis csapatai jelentős vesztesége árán tért csak

detrimento rediit, Reginoldo filio fratris sui et optimis militum suorum et manu promptissimorum amissis. Carlus vero filius imperatoris, qui ad resistendum ei, si Saxonum terminos adgredi temptaret, directus fuerat, Albiam ponte iunxit et cum exercitu, cui praeerat, in Linones et Smeldingos, qui et ipsi ad Godafridum defecerant, quanta potuit celeritate, transposuit populatisque circumquaque eorum agris et transito iterum flumine cum incolomi exercitu in Saxoniam se recepit. Eardulf rex Nordanumbrorum regno et patria pulsus ad imperatorem venit et patefacto adventus sui negotio Romam proficiscitur.

DCCCVIIII.

Dertosa civitas Hispaniae a Hludowico filio imperatoris obsessa, sed non expugnata est. Eardulfus rex Nordanumbrorum in regnum suum reductus est per legatos imperatoris et Leonis papae. His temporibus concilium habitum est de processione Spiritus sancti, quam quaestionem Iohannes quidam monachus Hierosolimis primo commovit; cuius definiendae causa Bernharius episcopus Wangionum et Adalhardus abbas Corbeiae monasterii Romam ad Leonem papam missi sunt. Imperator autem, cum ei multa de iactantia et superbia regis Danorum nuntiarentur, iussit castrum Esesfeld trans Albiam aedificare. Interea Thrasco dux Abodritorum, postquam cum auxilio Saxonum Wilzos et Smeldingos

haza, elvesztve Reginoldot, fivére fiát, és katonái közül a legjobbakat és legszolgálatkészebbeket. Károly pedig, a császár fia, akit azért vezéreltek oda, hogy ellenálljon neki, ha megpróbálná átlépni a szász határt, hidat vert az Elbán, és a sereggel, melynek élén állt, amekkora gyorsasággal csak tudott, átvonult a linónok és smeldingek ellen, akik maguk is átálltak Godafridhez; és földjeiket köröskörül feldúlva és újra átkelve a folyón, sértetlen sereggel vonult vissza Szászországba. Eardulf, a nordanumberek királya hatalmától és hazájától megfosztva a császárhoz ment, és miután kiderült érkezésének oka, Rómába indult tovább.

809.

Lajos, a császár fia ostromolta a hispániai Tortosa városát, de nem vette be. Eardulfot, a nordanumberek királyát a császár és Leó pápa követei visszavezették országába. Ezekben az időkben zsinatot tartottak[13] a Szentlélek származásáról; ezt a kérdést először egy János nevű jeruzsálemi szerzetes vetette föl, és hogy eldöntsék, Bernharius wormsi püspököt és Adalhardot, a corbeyi monostor apátját Leó pápához küldték. A császár pedig, mivel sok hír érkezett hozzá a dán király kérkedéséről és gőgjéről, megparancsolta, hogy építsék fel Esesfeld várát az Elba túlpartján. Közben Thrascót, az abodriták hercegét, miután a szászok segítségével behódoltatta a wilzeket és a smeldingeket és mindenkit visszaté-

13 Aachenben

perdomuit et omnes, qui a se defecerant, reverti coegit, in emporio Reric ab hominibus Godafridi per dolum interfectus est.

DCCCX.

Hruoddrud filia imperatoris, quae natu maior erat, VIII. Id. Iunii diem obiit. Imperator vero Aquisgrani adhuc agens et contra Godafridum regem expeditionem meditans nuntium accepit classem ducentarum navium de Nordmannia Frisiam appulisse totasque Frisiaco litori adiacentes insulas esse vastatas iamque exercitum illum in continenti esse ternaque praelia cum Frisonibus commisisse Danosque victores tributum victis imposuisse et vectigalis nomine centum libras argenti a Frisonibus iam esse solutas, regem vero Godafridum domi esse; et revera ita erat. Qui nuntius adeo imperatorem concitavit, ut missis in omnes circumquaque regiones ad congregandum exercitum nuntiis ipse sine mora palatio exiens primo quidem classi occurrere, deinde vero transmisso Rheno flumine in loco, qui Lippeham vocatur, copias, quae nondum convenerant, statuit operiri. Ubi dum aliquot dies moraretur, elefans ille, quem ei Aaron rex Sarracenorum miserat, subita morte periit. Congregatis tandem copiis, quanta potuit celeritate, ad Alarum fluvium contendit castrisque iuxta confluentem eius, quo Wisurae flumine coniungitur, positis minarum Godafridi regis praestolatur eventum; nam rex ille vanissima spe

résre kényszerített, aki elpártolt tőle, Reric vásárhelyen Godafrid emberei csellel megölték.

810.

Hruoddrud, a császár idősebbik leánya június 6-án utolsó napját érte meg. A császár pedig még Aachenben tevékenykedve és a Godafrid elleni vállalkozáson gondolkodva hírt kap arról, hogy egy kétszáz hajóból álló normann hajóhad megtámadta Frízia-át és feldúlta az összes fríz, partok mellett fekvő szigetet; a sereg pedig már a kontinensen van, s miután három csatát is vívtak a frízekkel, a dánok győztesként adót vetettek ki a legyőzöttekre; hogy a frízek száz font ezüstöt be is szolgáltattak hadiadó címén, Godafrid király pedig otthon van; és valóban így is volt. Ez a hír annyira lázba hozta a császárt, hogy az összes környékbeli vidékre seregtoborzó hírnököket küldve, palotájából maga is késedelem nélkül elindulva megparancsolta, hogy először a hajóhaddal szálljanak szembe, azután pedig átkelve a Rajna folyón, egy helyen, melyet Lippehamnak[14] hívnak, várják be a még össze nem gyűlt csapatokat. Mikor néhány napot itt töltött, az elefánt, melyet Áron szaracén király küldött neki, hirtelen elpusztult. Csapatait végül összegyűjtve a tőle telhető gyorsasággal az Aller folyóhoz tart, és tábort verve ott, ahol az a Weserbe torkollik, arra várt, Godafrid király fenyegetései mivel folytatódnak. Mert a király a győ-

14 A mai Bislich tulajdonítja magának a (nem bizonyított) azonosságot.

victoriae inflatus acie se cum imperatore congredi velle iactabat. Sed dum imperator memorato loco stativa haberet, diversarum rerum nuntia ad eum deferuntur: nam et classem, quae Frisiam vastabat, domum regressam et Godafridum regem a quodam suo satellite interfectum, castellum vocabulo Hohbuochi Albiae flumini adpositum, in quo Odo legatus imperatoris et orientalium Saxonum erat praesidium, a Wilzis captum et Pippinum filium eius, regem Italiae, VIII. Id. Iulii de corpore migrasse duasque legationes de diversis terrarum partibus, unam de Constantinopoli, alteram de Corduba, pacis faciendae causa adventasse narratur. Quibus ille acceptis disposita pro temporis conditione Saxonia domum revertitur. Tanta fuit in ea expeditione boum pestilentia, ut pene nullus tanto exercitui superesset, quin omnes usque ad unum interirent; et non solum ibi, sed etiam per omnes imperatori subiectas provincias illius generis animalium mortalitas immanissime grassata est. Imperator Aquisgrani veniens mense Octobrio memoratas legationes audivit pacemque cum Niciforo imperatore et cum Abulaz rege Hispaniae fecit; nam Niciforo Venetiam reddidit et Haimricum comitem olim a Sarracenis captum Abulaz remittente recepit. Godafrido Danorum rege mortuo Hemmingus filius fratris eius in regnum successit ac pacem cum imperatore fecit.

DCCCXI.

Imperator legatos suos Constantinopolim misit Haidonem Basilensem episcopum et Hug comitem Turonicum et Aio Langobardum

zelem igen hiú reményétől tüzelve azzal kérkedett, hogy csatában megütközik a császárral. Ám amíg a császár az említett helyen táborozott, különböző dolgokról érkeztek hozzá híradások: mert a hajóhad is, amely Fríziát dúlta, hazatért, és Godafrid királyt is megölte egyik csatlósa; az Elba folyónál álló, Hohbuochi nevű erődöt, melyben Odónak, a császár követének és a keleti szászoknak volt helyőrsége, a wilzek elfoglalták; illetve fia, Pippin, Itália királya július 8-án elköltözött e világból; és értesítik, hogy a világ két különböző tájáról két követség érkezett hozzá, hogy békét kössön, az egyik Konstantinápolyból, a másik Cordobából. Miután ezeket a híreket kapta, ideiglenes megállapodással elrendezve a helyzetet, hazatér Szászországból. Akkora marhavész tört ki ebben a hadi vállalkozásban, hogy szinte semennyi marhája nem maradt a hadseregnek, sőt az összes elpusztult az utolsó szálig; és nem csak ott, hanem az összes, a császárnak alávetett tartományban roppant vész pusztította az ilyesféle állatokat. A császár Aachenbe menve október hónapban meghallgatta az említett követségeket, és békét kötött Niképhorosz császárral és Hispánia királyával, Abulazzal; Niképhorosznak visszaadta Velencét, Abulaz pedig hazaengedte Haimric grófot, akit egykor a szaracénok fogtak el. Miután meghalt Godafrid, a dánok királya, fivérének fia, Hemming követte őt a hatalomban, és békét kötött a császárral.

811.

A császár követeket küldött Konstantinápolyba, hogy megerősítsék a békét Nikéforosszal: Haido bázeli püspököt és Hug tours-i grófot,

de Aquileia ad confirmandam cum Niciforo pacem. Condita vero inter imperatorem et Hemmingum Danorum regem pax a duodecim primoribus utriusque gentis, Francorum videlicet et Danorum, iuxta fluvium Egidoram vicissim secundum ritum ac morem suum datis sacramentis confirmatur. Tres quoque exercitus in totidem partes regni Francorum missi: unus in Linones, qui eorum terra vastata Hohbuochi castellum priore anno destructum reparavit, alterum in Pannonias ad controversias Hunorum et Sclavorum finiendas, tertium in Brittones ad eorum perfidiam puniendam; qui omnes rebus prospere gestis reversi sunt incolomes. Interea Karlus filius imperatoris, qui maior natu erat, II. Nonas Decembris obiit.

DCCCXII.

Hemmingo Danorum rege defuncto Sigifridus nepos Godafridi regis et Anulo nepos Herioldi succedere volentes, cum inter eos de primatu convenire non posset, commisso proelio ambo moriuntur. Pars tamen Anulonis adepta victoriam Herioldum et Reginfridum fratres eius reges sibi constituit; quod necessario pars victa consensit. In eo proelio X milia DCCCCXL viri cecidisse referuntur. Niciforus imperator Graecorum post multas victorias et res prospere gestas a Bulgaris occisus Michaelem successorem accepit. Qui legatos Karli ad Niciforum missos Constantinopoli audivit et absolvit; cum quibus et suos legatos direxit et pacem a Niciforo incoeptam confirmavit. Qui etiam, ubi ad imperatorem Aquisgrani venerunt, scriptum pacti ab eo in ecclesia suscipientes more suo, id est graeca lingua, laudes ei

és Aquileiából a langobard Aiót. A császár és Hemming dán király között létrejött békét az Eider folyó mellett erősítette meg mindkét nép, tudniillik a frankok és a dánok tizenkét előkelője, szokásuk és szertartásuk szerinti kölcsönös esküvel. Három hadsereget is kiküldtek a frankok országának ugyanennyi részébe: egyet a linónok ellen, hogy miután feldúlta azok földjét, építse újjá Hochbuochi előző évben lerombolt erődjét; a másodikat a két Pannóniába, hogy vessenek véget a hunok és a szlávok torzsalkodásának; a harmadikat a bretonok ellen, hogy megtorolja hűtlenségüket. Mind a három eredményesen végezte el feladatát és épségben hazatért. Közben Károly, a császár idősebb fia, december 4-én meghalt.

812.

Miután meghalt Hemming, a dánok királya, Sigifrid, Godafrid király unokája és Anulo, Heriold unokája akart a helyébe lépni; mikor az elsőségről nem tudtak egyezségre jutni, csatában megütközve mindketten meghalnak. Minthogy pedig Anulo pártja szerezte meg a győzelmet, fivéreit, Herioldot és Reginfridet teszik meg királyukká, amibe a vesztes oldal is kényszerűségből belenyugodott. Ebben a csatában a beszámolók szerint 10940 férfi esett el. Miután Niképhoroszt, a görögök császárát sok győzelem és sikeres vállalkozás után megölték a bolgárok, Mihály lett az utódja. Ő meghallgatta és elbocsájtotta Károlynak Konstantinápolyba Niképhoroszhoz küldött követeit; velük együtt elküldte saját követeit is, és megerősítette a Niképhorosz által kezdeményezett békét. Azok pedig, amikor Aachenben a császár elé járultak,

dixerunt, imperatorem eum et basileum appellantes. Cum Grimoldo duce Beneventanorum pax facta et tributi nomine XXV milia solidorum auri a Beneventanis accepta. Classis Danorum Hiberniam aggressa a Scottis proelio superatur. Hoc anno post meridiem solis eclipsis fuit.

DCCCXIII.

Imperator Amalharium Trevirensem episcopum et Petrum abbatem monasterii Nonantulas propter pacem cum Michaele imperatore confirmandam Constantinopolim misit; Hludowicum filium coronavit et sibi consortem imperii fecit; Bernhardum quoque nepotem suum, filium Pippini filii sui, Italiae praefecit et regem appellari iussit. Concilia quoque super statu ecclesiarum corrigendo ab episcopis celebrari iussit, quorum unum Mogontiaci, alterum Remis, tertium Turonis, quartum Cabillione, quintum Arelati congregatum est. Quorum gesta qui nosse voluerit, in praedictis quinque civitatibus invenire poterit. Pons apud Mogontiacum incendio conflagravit.

DCCCXIIII.

Karlus imperator, dum Aquisgrani hiemaret, anno aetatis suae circiter LXXI., regni autem XLVII. subactaeque Italiae XLIII., ex quo vero imperator et augustus appellatus est, anno XIIII. V. Kal.

mikor az egyházban átvették tőle a békemegállapodás szövegét, a maguk módján, azaz görög nyelven magasztalták őt, császárnak és baszileusznak nevezve. Grimolddal, a beneventóiak hercegével békét kötöttek, és adó címén 25 ezer solidusnyi aranyat kaptak a beneventóiaktól. A dánok hajóhada, miután megtámadta Hibernián, csatában vereséget szenvedett a skótoktól. Ebben az évben délutáni napfogyatkozás volt.

813.

A császár Konstantinápolyba küldte Amalhar trieri püspököt és Pétert, a nonantolai monostor apátját, a Mihály császárral kötött béke megerősítésére; Lajos fiát megkoronázta és uralkodótársává tette; unokáját, Bernátot, Pippin fiának fiát pedig Itália urává tette és elrendelte, hogy királynak nevezzék. Megparancsolta azt is a püspököknek, hogy tartsanak zsinatokat az egyház ügyeinek rendbe tételéről; ezek egyike Mainzban, a másik Reimsben, a harmadik Tours-ban, a negyedik Cavallinóban, az ötödik Arlesban gyűlt össze. Aki meg akarja ismerni ezek eredményét, megtalálhatja az említett öt városban. Mainznál a híd tűzvészben leégett.

814.

Károly császár, mikor Aachenben telelt, életének körülbelül 71., uralkodásának pedig 47., Itália meghódításának 43. évében (mióta pedig császárnak és felségnek nevezték, a 14. évben) január 28-án

Febr. rebus humanis excessit. Cui Hludowicus filius eius successit et ad suscepti regni administrationem cura conversa primo legationes gentium, quae ad patrem venerant, auditas absolvit; deinde simili modo ad patrem quidem missas, ad se vero venientes suscepit et absolutas remisit. Habitoque Aquisgrani generali conventu populi sui ad iustitias faciendas et oppressiones popularium relevandas legatos in omnes regni sui partes misit et erepta per vim patrimonia multis restituit.

DCCCXV.

Exercitus Francorum a Hludowico imperatore ad auxilium Herioldo Danorum regi ferendum contra filios Godafridi in Nordmanniam missus, cum adversarii eis congredi non auderent, vastatis circumquaque vicinis pagis et acceptis popularium obsidibus XL reversus est. Romae quidam primores in necem Leonis papae conspirantes interficiuntur.

DCCCXVI.

Saxones et orientales Franci in Sorabos dicto non obedientes missi contumaciam audaciam non magno labore compresserunt. Wascones gentilicia levitate usi defecerunt, sed duabus expeditionibus ita sunt edomiti, ut tarda eis deditio et pacis impetratio videretur. Leo papa decessit VIII. Kal. Iunii, et Stephanus diaconus pontifex factus paucis post ordinationem suam diebus ad imperatorem venit, a quo apud Remorum civitatem honorifice susceptus

eltávozott e földi világból. Helyébe fia, Lajos lépett, és gondot fordítva az átvett uralom ügyeinek intézésére, először azoknak a népeknek a követségeit hallgatta ki és bocsájtotta el, melyek apjához jöttek; azután hasonló módon fogadta és bocsájtotta haza azokat, melyeket apjához küldtek, ám már hozzá érkeztek. És Aachenben általános gyűlést tartva népének, hogy igazságot tegyen ügyeikben és a nép elnyomását megszüntesse, országa minden részébe követeket küldött, és sokaknak visszaállította erővel elvett atyai birtokát.

815.

Lajos császár frank sereget küldött Normandiába, hogy segítséget vigyen Heriold dán királynak Godafrid fiai ellen; a sereg, mivel ellenségei nem mertek szembeszállni vele, a szomszédos falvakat köröskörül feldúlva és a lakosoktól 40 túszt szedve visszatért. Rómában kivégeztek néhány előkelőt, akik összeesküdtek Leó pápa meggyilkolására.

816.

A parancsoknak nem engedelmeskedő szorbok ellen küldött szászok és keleti frankok a makacskodók vakmerőségét nem nagy fáradság árán törték le. A baszkok a népükre jellemző könnyelműséggel elpártoltak, ám két hadjárattal olyannyira megtörték őket, hogy alig várták, hogy megadhassák magukat és békefeltételeket kapjanak. Május 25-én meghalt Leó pápa, és István diakónus lett a főpap; szentelése után néhány nappal felkereste a császárt, aki

est. Qui statim adventus sui causas principi insinuans celebratis ex more missarum sollemniis eum diadematis inpositione coronavit. Multis deinde inter eos muneribus et datis et acceptis et amicitia vicissim firmiter roborata pontifex Romam, imperator Conpendium palatium petiit.

DCCCXVII.

Eclipsis solis facta est Nonis Febr.; eadem nocte stella cometes gladio similis visa est. Stephanus papa VIIII. Kal. Febr. diem obiit, cui Paschalis presbyter successit. Hludowicus imperator filium suum primogenitum Hlotharium coronavit et nominis atque imperii sui socium sibi constituit, ceteros reges appellatos unum Aquitaniae, alterum Baioariae praefecit. Sclaomir dux Abodritorum propterea, quod regiam potestatem, quam post mortem Thrasconis solus super Abodritos tenebat, cum Ceadrogo filio Thrasconis partiri iubebatur, iratus cum populo suo sibi subiecto defecit; et missa trans mare legatione cum filiis Godafridi amicitias iunxit. Bernhardus rex Langobardorum consilio pravorum hominum tyrannidem meditatus, cum se a suis deseri vidisset, rebus propriis diffidens apud Cavillionem armis depositis imperatori se tradidit. Legati Leonis imperatoris de Constantinopoli pro pace ad imperatorem Hludowicum missi venerunt, quos ille apud Ingilenheim susceptos audivit ac dimisit. Ratgarius abbas Fuldensis coenobii accusatus a fratribus et convictus deponitur.

Reimsben nagy tisztelettel fogadta őt. Ő pedig, rögtön közölve az uralkodóval jövetelének okát, a szentmisék ünnepélyességével szertartást vezetve, fejére diadémot helyezve megkoronázta. Ezután kölcsönösen sok ajándékot adva és kapva, barátságukat mindkétfelől szilárdan megerősítve a főpap Rómába, a császár palotájába, Compiegne-be indult.

817.

Február 5-én napfogyatkozás volt; ugyanakkor éjjel kardhoz hasonló üstököscsillag volt látható. István pápa január 24-én utolsó napját érte meg; Paszkál presbiter lépett a helyére. Lajos császár elsőszülött fiát, Lothárt megkoronázta, és címének és uralkodói hatalmának társává tette; a másik kettőt királyi címmel Aquitánia, illetve Bajorország uralkodójává tette. Sclaomir, az abodriták hercege amiatt, hogy a királyi hatalmat, melyet Thrasco halála után egyedül gyakorolt az abodriták felett, parancsra meg kellett osztania Ceadroggal, Thrasco fiával, megharagudott és a neki alávetett néppel együtt elpártolt, és a tengeren túlra követséget küldve barátságot kötött Godafrid fiaival. Bernát, a langobardok királya, aljas emberek tanácsára a trónbitorlással kacérkodott; mikor látta, hogy övéi elhagyják, erőiben nem bízva, Cavillinóban letéve a fegyvert, megadta magát a császárnak. Megérkeztek Leó császárnak Konstantinápolyból a béke ügyében Lajos császárhoz küldött követei; ő Ingelheimben fogadva meghallgatta és elbocsájtotta őket. Ratgart, a fuldai monostor apátját rendtársai bevádolták; elmarasztalták és letették.

DCCCXVIII.

Bernhardus Francorum iudicio excaecatus moritur; similiter et auctores coniurationis capitali sententia damnati luminibus tantum orbantur. Episcopi synodali decreto depositi monasteriis mancipantur; ceteri, prout quisque nocentior vel innocentior apparuit, vel exilio deportatus vel tonsus et in monasterium missus est. Imperator vero Brittanniam cismarinam bello petens captisque rebellionum munitionibus brevi totam in suam potestatem redegit. Nam Mormanno, qui in ea tyrannidem exercuit, occiso nullus Britto inveniebatur, qui resisteret aut imperata facere renueret. Eclypsis solis contigit VIII. Id. Iul. Irmingardis regina V. Non. Oct. decessit. Monasterio Fuldensi Eigil abbas electus et ordinatus est.

DCCCXVIIII.

Sclaomir dux Abodritorum a primoribus populi sui multis criminibus accusatus, cum obiecta sibi rationabiliter effellere non posset, exilio condemnatus est et regnum Ceadrogo filio Thrasconis datum. Similiter et Lupus Wasco de perfidia convictus exilio deportatus est. Conventus Aquisgrani habitus est, in quo multa de statu ecclesiarum et monasteriorum tractata atque ordinata sunt; legibus etiam capitula quaedam pernecessaria, quia deerant, addita sunt. Imperator inspectis plerisque nobilium filiabus Iudith

818.

Bernát a frankok ítélete alapján megvakítva meghal; az összeesküvés szerzőit is, bár halálos ítélettel sújtották őket, csak szemük világától fosztják meg. A zsinati ítélettel letett püspököket kolostorba zárják; a többieket, amint ki-ki kártékonyabbnak vagy ártatlanabbnak bizonyult, vagy száműzetésbe, vagy tonzúrával kolostorba küldték. A császár pedig haddal a tengeren inneni Britannia[15] ellen indulva, miután a lázadók erődítményeit elfoglalta, rövidesen az egészet ismét hatalma alá vonta. Megölve ugyanis Mormannt, az ottani bitorlót, nem maradt olyan brit, aki ellenállt vagy vonakodott volna teljesíteni a parancsokat. Július 8-án napfogyatkozás volt. Október 3-án meghalt Irmingardis királynő. A fuldai monostorban Eigilt választották és szentelték apáttá.

819.

Sclaomirt, az abodriták hercegét, miután népe főemberei sok bűnnel vádolták meg, és ezeket nem tudta hitelt érdemlően megcáfolni, száműzetéssel büntették, és az uralmat Ceadrognak, Thrasco fiának adták. Hasonlóképp a baszk Lupusra hűtlenséget bizonyítottak és száműzetésbe küldték. Zsinatot tartottak Aachenben, amelyen az egyházak és monostorok sok ügyét megtárgyalták és elrendezték; a törvényekhez is hozzáadtak olyan égetően szük-

15 Bretagne.

filiam Huelpi comitis duxit uxorem. Contra Liudewitum quoque Sclavum in Pannonia rebellantem exercitus de Italia missus rebus parum prospere gestis infecto pene negotio regressus est. Pippinus filius imperatoris Wascones vicit ac subegit. Hoc anno basilica sancti Bonifacii martyris in coenobio Fuldense ab Heistolfo archiepiscopo dedicata est in honorem Domini Salvatoris et omnium sanctorum eius, translataque sunt ossa sancti martyris Kalendis Novembribus.

DCCCXX.

Tres exercitus contra Liudewitum in Pannoniam mittuntur; quorum unus de Italia per Alpes Noricas, alter de Saxonia per Carantanorum provinciam, tertius Francorum per Baioariam et Pannoniam superiorem ingressi, cum in unum venerunt, totam pene regionem ferro et igni devastantes nullo gravi damno accepto reversi sunt. Is tamen, qui per Pannoniam superiorem iter fecerat, in transitu Dravi fluminis ex locorum et aquarum insalubritate soluti ventris incommodo graviter affectus est, et pars eius non modica hoc modo consumpta. Bera comes Barcinonae infidelitatis a vicinis suis insimulatus cum accusatore suo equestri pugna confligere conatus vincitur; et ut reus maiestatis capitali sententia damnatus parcente ei imperatore exilio deportatur. Propter nimietatem pluviarum aere corrupto hominum et

séges pontokat, amelyek hiányoztak. A császár, megnézve több nemes lányát is, Huelp gróf lányát, Juditot vette feleségül. A Pannoniában lázadó szláv Liudewit ellen Itáliából küldött sereg nem túl sikeresen járt el, és szinte dolgavégezetlen tért vissza. Pippin, a császár fia legyőzte és meghódoltatta a baszkokat. Ebben az évben Heistolf érsek a fuldai monostorban felszentelte Szent Bonifác vértanú templomát Üdvözítő Urunk és minden szentje tiszteletére, és november elsején átvitték a vértanú csontjait.

820.

Három sereget küldtek Pannoniába Liudewit ellen; közülük az egyik Itáliából a noricumi Alpokon át, a másik Szászországból a karantánok tartományán[16] át, a harmadik, frank sereg pedig Bajorországon és Pannonia Superioron áthaladva, miután egyesültek, szinte az egész tartományt tűzzel-vassal feldúlva és semmi súlyos veszteséget nem szenvedve hazatértek. Azonban az, amelyik Pannonia Superioron át vonult, a Dráva folyó átkelésénél az egészségtelen helyek és vizek miatt súlyos hasmenéses betegséget kapott, és nem kis része így veszett oda. Bera, Barcelona grófja, miután szomszédai feljelentették hűtlenség miatt, vádlójával lovagi párviadalban próbált összecsapni, ám legyőzték és mint felségsértőt halálra ítélték; de mivel a császár megkegyelmezett neki, csak száműzetésbe küldték. A túl sok eső miatt romlott levegőtől

16 A mai Karintia-Krajna.

boum pestilentia longe lateque ita grassata est, ut vix ulla pars regni Francorum ab hac peste inmunis posset inveniri. Fruges quoque vel colligi non poterant vel collecta putruerunt. Vinum etiam propter caloris inopiam acerbum et insuave fiebat.

DCCCXXI.

Hludowicus imperator Noviomagi divisionem regni fecit inter filios suos; deinde in villa Theodonis omnes, qui suo tempore in exilium missi fuerant, revocavit et singulis in statum pristinum restitutis possessiones quoque iudicio legis in fiscum redactas magna liberalitate restituit. Hlotharius filius eius uxorem duxit et apud Wormaciam hiemavit. Ceadrogo princeps Abodritorum quia perfidiae et cuiusdam cum filiis Godafridi factae societatis notabatur, Sclaomir aemulus eius in patriam remittitur. Qui, cum in Saxoniam venisset, aegritudine decubuit; percepto baptismi sacramento defunctus est.

DCCCXXII.

In regione Thuringorum quodam in loco iuxta fluvium N. cespes longitudine pedum quinquagenum, latitudine quattuordenum, altitudine sesquipedali de terra sine manibus et praecisus et sublatus est; et ab eo loco, in quo sumptus est, XXV pedum spatio distans inventus est. Item in parte orientalis Saxoniae, quae Soraborum finibus contigua est, in quodam deserto loco iuxta lacum,

mindenfelé olyannyira pusztított az ember- és marhapestis, hogy a frankok országának alig volt olyan része, amely mentes maradhatott ettől a vésztől. A terményeket sem lehetett betakarítani, vagy ha betakarították is, megrohadt. A kevés napsütés miatt a bor is savanyú és élvezhetetlen lett.

821.

Lajos császár Nimwegenben felosztotta birodalmát fiai között; azután Thionville-ben visszahívott mindenkit, akit az ő idejében küldtek száműzetésbe, visszaállítva mindegyiküket korábbi állapotába, s nagylelkűen a törvényes ítélettel a kincstárra szállott birtokaikat is visszaadta. Fia, Lothár megnősült és Wormsban töltötte a telet. Mivel Ceadrogo, az abodriták hercege hitszegés és a Godafrid fiaival kötött szövetség miatt hűtlenségbe esett, vetélytársa, Sclaomir visszatérhetett hazájába. Amikor Szászországba érkezett, ágynak esett és a keresztség szentségét felvéve meghalt.

822.

Thüringia vidékén, egy helyen az N. folyó mellett egy ötven láb hosszú, tizennégy láb széles és másfél láb vastag gyepdarab szakadt és emelkedett ki emberkéz munkája nélkül, és a helytől, ahonnan kijött, 25 lábnyi távolságra találták meg. Szászország keleti részén pedig, amely a szorb határral szomszédos, egy puszta helyen egy

qui dicitur Arnseo, terra in modum aggeris intumuit et limitem unius leugae spatio porrectum sub una nocte absque humani operis molimine ad instar valli subrexit. Hludowicus imperator sacerdotum usus consilio de omnibus, quae publice perperam gessit, publicam poenitentiam egit et post haec cuncta, quae in regno suo corrigenda invenire potuit, corrigere atque emendare curavit. Hlotharius in Italiam, Pippinus frater eius et ipse uxore ducta in Aquitaniam missus est. Eigil abbas Fuldensis coenobii defunctus Hrabanum successorem reliquit. Ebo Remorum episcopus genti Nordmannorum evangelizavit verbum Dei.

DCCCXXIII.

Hlotharius iuvenis rogante Paschale papa Romam veniens ab eodem coronatur et a populo Romano imperator augustus appellatur. Liudewitus, qui superiore anno propter exercitum contra se missum relicta Siscia civitate ad Sorabos, qui magnam Dalmatiae partem obtinere dicuntur, fugiendo se contulit, cum iterum in Dalmatas ad Liudemuhslum avunculum Bornae ducis pervenisset, dolo ipsius interfectus est. Hoc anno prodigia quaedam extitisse narrantur, in quibus praecipua fuerunt in Aquense palatio terrae motus et in territorio Tullense iuxta villam Commerciacum puella quaedam annorum fere duodecim ab omni cibo per decem menses abstinens et in Saxonia in pago, qui vocatur

tó mellett, melyet Arnseónak[17] hívnak, a föld töltés módjára felpúposodott, és egyetlen éjszaka alatt, emberi építőmunka nélkül egy liga[18] hosszú, sáncszerű töltést képezett. Lajos császár, papok tanácsát fogadva meg, nyilvános vezeklést tartott mindenért, amit csak nyilvánosan helytelenül cselekedett, és ezután mindent, amit országában helyreigazítandónak talált, helyreigazíttatott és megjavíttatott. Lothárt Itáliába küldte, fivérét, Pippint, miután maga is megnősült, Aquitániába. Eigil, a fuldai monostor apátja meghalt; utódjaként Hrabanust hagyta. Ebo reimsi püspök elvitte a normann népnek Isten Igéjének örömhírét.

823.

Az ifjú Lothár Paszkál pápa kérésére Rómába megy, ahol az megkoronázza, és a római nép a felséges császár címet adja neki. Liudewit, aki az előző évben az ellene küldött sereg miatt Sziszek városát elhagyva a szorbokhoz (akikről azt mondják, Dalmácia nagy részét uralják) menekült, mikor ismét a dalmátokhoz, Liudemuhslhoz, Borna herceg anyai nagybátyjához ment, annak cselszövése végzett vele. Ebben az évben, mint mesélik, jelek tűntek fel, melyek közül a legjelentősebb az aacheni palotában a földrengés és a tegliói vidéken, Commercy mellett egy körülbelül tizenkét éves lány, aki tíz hónapig minden ételtől tartózkodott; és Szászországban

17 Arendsee.

18 *leuga*, 4828 m.

Firihsazi, XXIII villae igne caelesti concrematae et fulgora sereno atque interdiu de caelo cadentia. Et in territorio Cometensi Italiae civitatis in vico Grabadona in ecclesia sancti Iohannis baptistae imago sanctae Mariae puerum Iesum gremio continentis ac magorum munera offerentium in absida eiusdem ecclesiae depicta et ob nimiam vetustatem obscurata et pene abolita tanta claritate per duorum dierum spatia effulsit, ut omnem splendorem novae picturae suae vetustatis pulchritudine cernentibus penitus vincere videretur; magorum tamen imagines praeter munera, quae offerebant, minime claritas illa inradiavit. Et in multis regionibus [fruges] grandinis vastatione deletae atque in quibusdam locis simul cum ipsa grandine veri lapides atque ingentis ponderis decidere visi. Domus quoque de caelo tactae hominesque ac cetera animalia passim fulminum ictu praeter solitum crebro exanimata dicuntur. Secuta est ingens pestilentia atque hominum mortalitas magna.

DCCCXXIIII.

Rex Bulgarorum Omortag pacis faciendae gratia ad imperatorem legatos et litteras misit; quos rex auditos remisit et cum eis Machelmum de Baioaria ad memoratum regem direxit. Paschalis papa defunctus et Eugenius pro eo pontifex constitutus est. Imperator Hlotharium filium suum ad iustitias faciendas Romam misit. Ipse cum exercitu Brittanniam petit divisisque in tres partes copiis totam ferro et igni devastat acceptisque a perfido Brittonum populo, quos imperaverat, obsidibus reversus est. Hoc anno hiems aspera et valde prolixa facta est, quae non solum anima-

egy faluban, melyet Firihsazinak hívnak, 23 portát perzselt fel az égi tűz, és a villámok nappal és derült égből csapkodtak. Itáliában pedig, Comines város területén, Grabadona falu Keresztelő Szent János-templomában, az apszisban festve van egy kép, melyen Szűz Mária a gyermek Jézust tartja ölében, és fogadja a bölcsek ajándékait; mivel rendkívül régi, már homályos és szinte nem is vehető ki. Ám két napon keresztül olyan tisztán tündöklött fel, hogy aki látta, annak úgy tűnt: régi szépsége teljesen felülmúlja egy új kép minden ragyogását. Ám a bölcsek alakjait, kivéve az ajándékokat, melyeket hoztak, a legkevésbé sem sugározta be ez a tisztaság. Sok vidéken pedig a jégeső pusztítása tönkretette a termést, és egyes helyeken a jégeső mellett igazi és roppant súlyú köveket is láttak hullani. Azt mondják, a szokottnál gyakoribb volt, hogy házakat, embereket és más élőlényeket sújtottak mindenfelé a villámok. Ezt nagy pestis és sok ember halála követte.

824.

Omortag, a bolgárok királya békekötés céljából követeket és levelet küldött a császárhoz; a király meghallgatta és elbocsájtotta őket, velük együtt Bajorországból elküldte Machelmet is az említett királyhoz. Paszkál pápa meghalt, és Jenőt tették meg helyette főpapnak. Lothár császár Rómába küldte fiát, Lothárt, hogy igazságot szolgáltasson; maga sereggel Britanniába indul, és csapatait három részre osztva tűzzel-vassal végigpusztítja azt, majd a britek hitszegő népétől általa kijelölt túszokat szedve hazatért. Ebben az évben a tél zord volt és igen elhúzódott, a roppant hideg nem csak

lia, verum etiam homines quosdam immanitate frigoris extinxit. Ante solstitium quoque paucis diebus in territorio Augustadunense aere in tempestatem subita mutatione converso ingens fragmentum ex glacie simul cum grandine decidisse perhibetur, cuius longitudo quindenum, latitudo septem, crassitudo duorum pedum fuisse dicitur.

DCCCXXV.

Iterum rex Bulgarorum alios legatos ad imperatorem misit, de terminis videlicet ac finibus inter Francos et Bulgaros constituendis. Quibus rex auditis per eosdem, qui ad se missi fuerant, legatos regi eorum missis litteris, prout videbatur, respondit. Wihomarcus Britto perfidus terminos Francorum incendiis et direptionibus infestare non cessavit, donec ab hominibus Lantberti comitis in domo propria circumventus et occisus est. Imperator cum filiis Godafridi pacem, quam ipsi petebant, cum eis in marca eorum confirmare iussit. In territorio Tullense iuxta Commerciacum villam puella duodenis post sacram communionem, quam in pascha a sacerdote susceperat, primo pane, deinde aliis communibus cibis et potibus ita abstinuit, ut nulla penitus corporis alimenta percipiens plenum triennium sine omni victus desiderio compleverit. Coepit autem ieiunare anno incarnationis dominicae DCCCXXIII., sicut in ipsius anni descriptione superius adnotatum est, et in hoc anno, id est DCCCXXV. circa Novembris mensis initium escam sumere ac more ceterorum mortalium manducando vivere coepit.

állatokat, de embereket is megölt. Néhány nappal a nyári napforduló előtt, Autun területén arról számoltak be, hogy a hirtelen viharosra fordult égből jégeső kíséretében hatalmas jégdarab zuhant le, melynek hossza, mint mondják, tizenöt, szélessége hét, vastagsága két láb volt.

825.

A bolgárok királya ismét, újabb követeket küldött a császárhoz, tudniillik hogy megállapodjanak a frankok és bolgárok közötti határokban. A király meghallgatva őket, ugyanazokkal a követekkel, akiket hozzá küldtek, küldött belátása szerinti válaszlevelet királyuknak. A hűtlen breton, Wihomarc nem hagyott fel azzal, hogy a frank határokat gyújtogatásokkal és rajtaütésekkel zaklassa, mígnem Lantbert gróf emberei saját házában be nem kerítették és meg nem ölték. A császár elrendelte, hogy Godafrid fiaival kössék meg az általuk kért békét őrgrófságukban. Teglio területén, Commercy városa mellett egy tizenkét éves lány, miután húsvétkor szentáldozásban részesítette a pap, először a kenyértől, azután a többi szokásos ételtől és italtól olyannyira megtartóztatta magát, hogy egyáltalán semmi testi táplálékot sem véve magához, három teljes évig minden táplálék nélkül jól érezte magát. A 823. évben kezdett böjtölni, amint fentebb, annak az évnek a leírásában megjegyeztük, és ebben az évben, azaz 825-ben, november hó eleje körül kezdett ételt magához venni és a többi halandó módjára táplálkozva élni.

DCCCXXVI.

Cum regi Bulgarorum legati sui, quid egerint, renuntiassent, iterum eum, quem primum miserat, ad imperatorem cum litteris remisit, rogans, ut sine mora in dispositione terminorum diffinitio fieret vel, si hoc non placeret, suos quisque terminos sine pacis foedere tueretur. Quem imperator susceptum et auditum sine litteris remeare fecit. Mense autem Maio apud Ingilenheim habito conventu diversarum gentium legationes auditas absolvit. Quo tempore Herioldus cum uxore et magna Danorum multitudine apud Mogontiacum baptizatus est. Georgius quidam presbyter de Venetia cum Baldrico comite Foroiuliense veniens organum ydroulicum Aquisgrani fecit. Postea vero, cum imperator in Salz villa regi a conventum haberet, perlatum est ad eius notitiam, quomodo Aizo Gothus de palatio fugiens ad Sarracenos se contulisset et inde auxili a contra nostros accepisset. Graviter accepit; tamen, ne quid inconsulte ageret, adventum consiliariorum suorum iudicavit opperiri. Dum haec aguntur, Hildoinus abbas monasterii sancti Dionisii Romam mittens annuente precibus eius Eugenio apostolicae sedis tunc praesule ossa beati martyris Christi Sebastiani accepit et ea apud Suessonum civitatem in basilica sancti Medardi collocavit. Ubi dum adhuc in loculo, sicut allata erant, inhumata iacerent, tanta signorum ac prodigiorum multitudo claruit, tanta virtutum vis in omni genere sanitatum per divinam gratiam enituit, ut a nullo mortalium eorundem miraculorum aut numerus comprehendi aut varietas valeat enarrari.

826.

Amikor a bolgárok királyának követei jelentették, hogy mit végeztek, ismét azt küldte a császárhoz levéllel, akit először, kérve, hogy haladéktalanul szülessen döntés a határok rendezésében; ha erről nem rendelkezik, akkor békeszerződés nélkül őrizze ki-ki saját határait. A császár fogadva és meghallgatva őt, levél nélkül küldte vissza. Május hónapban pedig, Ingelheimben tartva gyűlést, fogadta és elbocsájtotta különböző népek követeit. Ebben az időben Herioldot feleségével és dánok nagy sokaságával együtt Mainzban megkeresztelték. Georgius, egy velencei pap, Baldrik friuli gróffal érkezve víziorgonát épített Aachenben. Azután pedig, mikor a császár Salz királyi birtokon gyűlést tartott, arról értesítették, hogy a gót Aizo a palotából megszökve a szaracénokhoz ment, és onnan kap segítséget a mieink ellen. Ezt nehezen vette; mégis, nehogy elhamarkodottan cselekedjen, úgy döntött, hogy bevárja tanácsosai érkezését. Míg ezek történnek, Hildoin, a Szent Dénes-monostor apátja Rómába küldetett; s mivel Jenő, az apostoli szék akkori főpapja rábólint kérésére, átveszi Krisztus vértanújának, Szent Sebestyénnek csontjait, és Soissons városában a Szent Medárd-bazilikában helyezi el. Itt, mikor még temetetlenül feküdtek a ládában, ahogy odavitték, a jelek és csodák akkora sokasága tündökölt fel, és Isten kegyelméből a szentség olyan ereje szabadult fel mindenféle gyógyítást végezve, hogy nincs halandó, aki e csodáknak akár a számát felfoghatná, akár sokféleségét elmesélhetné.

DCCCXXVII.

Exercitus a rege Sarracenorum Abdiraman ad auxilium Aizoni ferendum duce Abumarvan regis propinquo Gerundam venit. Cui Pippinus filius imperatoris cum exercitu missus resisteret, nisi desidia ducum, quos copiis praefecerat, tardius, quam rerum necessitas postulabat, is, quem ducebant, ad marcam venisset exercitus. Quae tarditas in tantum noxia fuit, ut Abumarvan vastatis Barcinonensium ac Gerundensium agris villisque incensis cum incolomi exercitu Caesaraugustam se prius reciperet, quam a Francorum exercitu potuisset vel videri. Huius cladis praesagia credita sunt visae multoties in caelo acies et ille terribilis nocturnae coruscationis in aere discursus. Interea Bulgari Sclavos in Pannonia sedentes misso per Dravum navali exercitu ferro et igni vastaverunt et expulsis eorum ducibus Bulgaricos super eos rectores constituerunt. Corpora beatorum Christi martyrum Marcellini et Petri mense Novembrio in Franciam allata sunt. Eugenio papa defuncto Valentinus diaconus successit; quo post paucos dies mortuo Gregorius presbyter tituli sancti Marci pontificatum suscepit.

DCCCXXVIII.

Reliquiae sancti Marcellini martyris post pascha ad Aquis palatium delatae et per eas ibi multa signa facta sunt. Hlotharius cum exercitu ad marcam Hispanicam missus est, similiter et Hludowicus iuvenis contra Bulgaros. Foedus cum Nordmannis factum per neglegentiam ruptum et castra nostrorum a Nordmannis direpta sunt.

827.

Abumarvan vezér vezetésével Geronába érkezett a szaracénok királya, Abdiraman által Aizo segítségére küldött sereg; ellenük sereggel küldve Pippin, a császár fia szállt volna szembe velük, ha a csapatok élére állított vezérek tunyasága miatt nem ért volna a helyzet által megkövetteltnél később az őrgrófsághoz a sereg, amelyet vezettek. Ez a késedelem annyira káros volt, hogy Abumarvan, feldúlva Barcelonát és a geronaiak földjeit és falvait felgyújtva, előbb visszavonult sértetlen seregével Zaragozába, mint hogy a frank sereg akár csak meg is pillanthatta volna. Úgy hitték, ennek a kudarcnak előjeleként tűntek fel sokszor az égen fényjelenségek és a levegőégen végigfutó rémisztő éjjeli villódzások. Közben a bolgárok a Pannoniában megtelepedett szlávokat a Dráván rájuk küldött hajóhaddal tűzzel-vassal pusztították, és hercegeiket elűzve bolgár kormányzókat rendeltek föléjük. Krisztus vértanúi, Szent Marcell és Péter testét november hónapban Frankföldre szállították. Miután Jenő pápa meghalt, Bálint diakónus lépett a helyére; s mivel néhány nap múlva ő is meghalt, Gergely, a Szent Márk-bazilika bíborosa lett a pápa.

828.

Szent Marcell vértanú ereklyéit húsvét után az aacheni palotába vitték, és általuk sok csoda történt ott. Lothárt sereggel a hispániai határvidékre küldték, hasonlóképp az ifjú Lajost a bolgárok ellen. A normannokkal kötött szövetséget hanyagságból megszegték, és a normannok kirabolták a mieink táborát.

DCCCXXVIIII.

Ante pascha in sabbato sancto terrae motus noctu Aquisgrani factus. Imperator generalem conventum mense Augusto Wormaciae habuit. Bulgari navibus per Dravum fluvium venientes quasdam villas nostrorum flumini vicinas incenderunt. Bernhardus comes Barcinonensis in palatio camerarius constitutus, et Hlotharius in Italiam profectus est.

DCCCXXX.

Commotio contra imperatorem a primoribus Francorum in Compendio exorta propter Bernhardum, quem in palatio esse noluerunt. Quo inde depulso atque fugato in gratiam cum eo redierunt, sed ad breve temporis spatium.

DCCCXXXI.

Conventu apud Noviomagum habito imperator omnes, qui sibi contrarii fuerunt, velut iuste exauctoravit; quosdam publicis, quosdam privatis rebus expolians, quosdam in exilium mittens multum contra se et Iudith uxorem suam non solum populi, sed etiam filiorum suorum animos concitavit.

829.

Húsvét előtt, nagyszombaton éjjel földrengés volt Aachenben. A császár augusztus hónapban általános gyűlést tartott Wormsban. A bolgárok a Dráván hajózva felgyújtották a mieink néhány, a folyóval határos birtokát. Bernhard barcelonai grófot az udvarban kamarássá tették meg, Lothár pedig Itáliába indult.

830.

A frank előkelők mozgolódni kezdtek Compiegne-ben a császár ellen Bernhard miatt, mert nem akarták látni a királyi udvarban. Miután amazt elkergették és elűzték innen, újra helyreállt vele a jó viszonyuk, de csak rövid időre.

831.

Gyűlést tartva Nimwegenben, a császár mindenkit, aki ellene volt, mintegy joggal megfosztott tisztségétől; egyeseket köz-, másokat magánjavaiktól megfosztva, megint másokat száműzetésbe küldve erősen maga és felesége, Judit ellen hangolta nem csak a népet, hanem saját fiait is.

DCCCXXXII.

Imperator mense Maio contra Hludowicum filium ad Augustam Vindelicam cum exercitu venit. Inde reversus in Aquitaniam Pippinum filium regno privavit; sed inde, postquam uxorem abdicavit, cum magna difficultate ad Aquense palatium regressus est. Sol defecit II. Non. Mai. et luna XIII. Kal. Iunii.

DCCCXXXIII.

Imperator initio quadragesimae Wormaciam venit et ibi uxore revocata atque exercitu congregato contra filios suos ad se venire volentes in Alisatiam profectus atque ibi a suis desertus ac proditus et in filiorum potestatem redactus est. Erat ibi cum filiis Gregorius papa Romanus.

DCCCXXXIIII.

Post haec iudicio episcoporum arma deposuit et ad agendam poenitentiam inclusus est, uxor in Italiam ducta. Proximaque aestate ipse relaxatus arma resumpsit, uxorem recepit, Hlotharium ad Italiam cum his, qui eum sequi volebant, redire coegit. Pugnatum est eodem anno cum Mahtfrido et Lantberto; in quo proelio perierunt Uodo comes Aurelianensis et Theodo abbas sancti Martini Turonensis et alii multi.

832.

A császár május hónapban sereggel vonult fia, Lajos ellen Augsburgba. Innen visszatérve Aquitániába, fiát, Pippint megfosztotta az uralomtól; de innen, miután feleségét elküldte, nagy nehézséggel tért csak vissza az aacheni palotába. Napfogyatkozás volt május 6-án és holdfogyatkozás május 20-án.

833.

A császár nagyböjt kezdetén Wormsba ment, és ott feleségét visszahívva és sereget gyűjtve, hozzá indulni készülő fiai ellen Elzászba indult; ott pedig övéitől elhagyva és elárulva fiai hatalmába került. Fiaival együtt ott volt Gergely római pápa is.

834.

Ezután a püspökök ítélete szerint letette a fegyvert, és bezárták vezekelni, feleségét pedig Itáliába vitték. A következő nyáron engedték ki; újra fegyvert fogott, feleségét visszavette, és kényszerítette Lothárt, hogy térjen vissza Itáliába azokkal, akik követni akarták őt. Megütközött ugyanabban az évben Mahtfriddel és Lantberttel; ebben a csatában esett el Uodo orleansi gróf, Theodo, a tours-i Szent Márton-templom apátja és sokan mások.

DCCCXXXV.

Imperator cum filiis Pippino et Hludowico conventum generalem habuit apud Lugdunum dispositisque ibi illarum partium causis ad Aquense palatium reversus est. Nordmanni Dorestadum vastaverunt.

DCCCXXXVI.

Imperator in palatio Thiodenhove conventum habuit, ad quem Hlotharius venire non potuit, quia graviter et usque ad desperationem aegrotavit. Quo peracto imperator Franconofurd venit, inde ad sanctos Marcellinum et Petrum et inde ad Ingilenheim et inde ad Aquense palatium rediit. Nordmanni Andwerpam civitatem incendunt, similiter et Witlam emporium iuxta ostium Mosae fluminis, et a Frisionibus tributum acceperunt.

DCCCXXXVII.

Ticinum in Italia III. Kal. Ian. noctu octies tremuisse perhibetur. Plures ex primoribus Italiae defuncti sunt, inter quos praecipui fuerunt Lantbertus et Hugus. Stella cometes in signo Librae apparuit III. Id. April. et per tres noctes visa est. Nordmanni tributum exactantes in Walchram insulam venerunt ibique Eggihardum

835.

A császár fiaival, Pippinnel és Lajossal általános gyűlést tartott Lyonnál, és ott elrendezve azoknak a részeknek az ügyeit, aacheni palotájába tért vissza. A normannok feldúlták Dorestadot.

836.

A császár thionville-i palotájában gyűlést tartott, melyre Lothár nem tudott elmenni, mivel súlyosan, sőt reménytelenül megbetegedett. Ennek végeztével a császár Frankfurtba ment, innen Szent Marcellhoz és Péterhez[19] és innen Ingelheimbe; innen visszatért aacheni palotájába. A normannok felgyújtják Antwerpen városát, hasonlóképp Witla kereskedőtelepet a Maas folyó torkolatánál, és megsarcolták a frízeket.

837.

A beszámolók szerint Itáliában, Paviában december 30-án éjjel nyolcszor rengett a föld. Az itáliai főemberek közül többen meghaltak, közülük a legfontosabbak Lantbert és Hug voltak. A Mérleg jegyében üstököscsillag jelent meg április 11-én és három éjszakán át látható volt. A normannok adót kivetni Walacria

19 A 3. kódex margóján X. vagy XI. századi kéz: „azaz Seligenstadtba.".

eiusdem loci comitem et Hemmingum Halpdani filium cum aliis multis XV. Kal. Iulii occiderunt et Dorestadum vastaverunt; acceptoque a Frisionibus tributo reversi sunt. Imperator omisso itinere Italico Aquisgrani hiemavit.

DCCCXXXVIII.

XV. Kal. Febr. vespere terrae motus apud sanctum Nazarium et in Wormacense ac Spirense et Lobadunense factus est. Naves contra Nordmannos aedificantur. Optima pars regni Francorum Carlo iuveni data est. Hlotharius et Hludowicus in valle Tredentina colloquium habuerunt ante mediam quadragesimam. [In festo sanctorum Mauricii et sociorum eius magna nix ubique cecidit et duravit usque ad pascha in tota regione per XXVIIII hebdomadas.]

Huc usque Einhardus.

szigetére mentek, s ott június 17-én megölték Eggihardot, e hely grófját és Hemminget, Halpdan fiát sokakkal együtt. Dorestadot is feldúlták, és adót szedve a frízektől hazatértek. A császár, itáliai útját elhagyva, Aachenben telelt.

838.

Január 18-án este földrengés volt a Szent Nazarius-templomnál és Wormsban és Speyerben és Ladenburgban. Hajók épülnek a normannok ellen. A frankok országának legjobb részét az ifjabb Károly kapta. Lothár és Lajos a tridenti völgyben megbeszélést tartottak böjtközép előtt.

Szent Mauríciusz és társa ünnepén[20] mindenhol nagy hó esett, és megmaradt húsvétig az egész vidéken, 29 héten át.

Eddig Einhard.

20 Szeptember 22.

ANNALIUM FULDENSIUM PARS SECUNDA (FULDENSIS). AUCTORE RUODOLFO. A. 838–863

A FULDAI ÉVKÖNYVEK MÁSODIK (FULDAI) RÉSZE. SZERZŐJE RUDOLF. 838–863

DCCCXXXVIII.

Imperator vero mense Iunio Noviomagi conventu generali habito consiliis quorundam ex primoribus Francorum adquiescens pacti conscriptione Hludowico filio suo regnum orientalium Francorum, quod prius cum favore eius tenuit, interdixit. Ille autem intellegens ex invidia consiliantium talem prodisse sententiam edicto posthabito III. Kal. Dec. ad Franconofurt cum suis venit. Contra quem imperator quasi sibi adversantem cum exercitu veniens Mogontiaci natale Domini celebravit.

Pippinus quoque filius eius, rex Aquitaniorum, mense Novembrio eiusdem anni defunctus est.

DCCCXXXVIIII.

Imperator vero post peractam festivitatem natalis Domini et theophaniae VII. Idibus Ianuariis cum exercitu navigio Rhenum transiit, obvios habens Saxones partim minis partim suasionibus Adalberhti comitis adductos. Quo cognito Hludowicus nefas esse sciens filium patri repugnare cedendumque tempori iudicans in Baioariam se recepit. Imperator autem in Franconofurt veniens ibique manens ieiunium quadragesimale inchoavit. Inde pergens in Alamanniam iuxta lacum Briganticum pascha celebravit. Post pascha vero mense Maio Wormatiam veniens Hluthario filio suo de Italia in fidem eius venienti reconciliatur regnumque Francorum inter eum et Karlum filium suum minimum dividit, Hluthario quidem, qui maior natu erat, nominis sui dignitatem et

838.

A császár pedig június hónapban általános gyűlést tartva Nimwegenben, egyes frank előkelők tanácsát megfogadva felmondta a megállapodást, mellyel fiára, Lajosra bízta a keleti frankok királyságát, melyet addig az ő hozzájárulásával uralt; ő pedig, megértve, hogy ez a döntés a tanácsadók irigységének eredménye, a döntést figyelmen kívül hagyva övéivel november 29-én Frankfurtba ment. A császár őt lázadóként kezelve sereggel vonult ellene, a karácsonyt Mainzban ünnepelte.

Másik fia, Pippin, az aquitánok királya, ugyanez év november havában meghalt.

839.

A császár az Úr születésének és Vízkeresztnek ünnepe után január 7-én seregével hajón átkelt a Rajnán, szembetalálkozva a szászokkal, akik részben fenyegetésre, részben Adalbert gróf tanácsaira hallgatva jelentek ott meg. Lajos erről értesülve, tudva, hogy szentségtörés fiúnak az apa ellen harcolni, illetve úgy ítélve meg, hogy most engednie kell, Bajorországba húzódott vissza. A császár pedig Frankfurtba érkezve és ott maradva negyvennapos böjtöt kezdett. Innen továbbmenve Alamanniába, a Bodeni-tónál ünnepelte a húsvétot, húsvét után pedig, májusban, Wormsba menve kibékült fiával, Lothárral, aki Itáliából jött oda, hogy hűséget fogadjon neki; felosztotta a Frank Királyságot közte és legkisebb fia, Károly között. Lothárnak, aki idősebb volt, adta címének

sedem regni tribuens, Hludowico vero filio suo minori pro eo, quod eum offenderat, Baioariorum provincia tantum concessa. Post Kalendas autem Iulii Hluthario ad Italiam redeunte imperator adsumpto secum Karlo ad disponendas Aquitaniorum res occidentem proficiscitur.

Eodem quoque anno stella cometes in signo Arietis apparuit et prodigia alia in caelo visa sunt. Nam et caelum noctu serenum rubuit et per aliquot noctes igniculi plurimi instar stellarum per aerem discurrere videbantur.

DCCCXL.

Hludowicus filius imperatoris partem regni trans Rhenum quasi iure sibi debitam affectans per Alamanniam facto itinere venit ad Franconofurt, multorum ad se orientalium Francorum animis prudenti consilio conversis. Quo conperto imperator de Aquitania infecto negotio redire conpulsus Druogonem archicapellanum et Adalbertum comitem cum aliis multis praemisit ad tuendum litus occidentale Rheni fluminis; ipse vero secutus in Aquisgrani pascha celebravit.

Hisdem temporibus per aliquot noctes rubor aeris nimius apparuit, ita ut unus trames ardens ab euro, alter a circio exorientes in conum coirent et quasi coagulati sanguinis speciem in summitate caeli monstrarent.

Post pascha autem imperator collecto exercitu filium per Thuringiam usque ad terminos barbarorum persequitur exclusumque a finibus regni per Sclavorum terram cum magno labore

méltóságát és a királyság székhelyét, kisebbik fiának, Lajosnak viszont, mivel megsértette őt, csak a bajor tartományt engedte át. Július 1. után, mikor Lothár visszatért Itáliába, a császár maga mellé véve Károlyt nyugatra utazik, hogy elrendezze az aquitániaiak ügyeit.

Szintén ebben az évben egy üstököscsillag jelent meg a Kos jegyében, és más jelek is feltűntek az égen; mert a tiszta égbolt éjjel vörösre vált, és néhány éjszakán át sok kis tűz volt látható, amint csillagként szaladnak át a légkörön.

840.

Lajos, a császár fia úgy téve, mintha jog szerint neki járna az ország Rajnán túli része, Alamannián át utazva Frankfurtba ment, egy okos tervvel sok keleti frank jóindulatát megnyerve. Erről értesülve a császár arra kényszerült, hogy – dolgavégezetlen – visszatérjen Aquitániából, előreküldve Drugo királyi káplánt és Adalbert grófot sok más emberével, hogy tartsák szemmel a Rajna nyugati partját, maga pedig utánuk indulva Aachenben ünnepelte a Húsvétot.

Ugyanez idő tájt néhány éjszakán keresztül rendkívüli módon vörös volt az ég, úgy, hogy egy lángoló ösvény jelent meg délkeletről, egy másik északnyugatról, egy csúcsban találkoztak, és mintha alvadt vér képét festették volna az égbolt tetejére.

Húsvét után pedig a császár, összegyűjtve seregét, fiát Thüringián át egészen a barbárok határáig üldözi, s a határon kívülre szorítva a szlávok földjén át nagy fáradsággal arra kényszeríti,

Baioariam redire conpellit. Ipse vero rebus in partibus illis ordinatis ad Salz villam regiam reversus dies letaniarum et ascensionis Domini sollemnia celebravit. In ipsa autem vigilia ascensionis Domini, hoc est in IIII. Id. Mai., eclipsis solis circa septimam et octavam horam diei facta est tam valida, ut etiam stellae propter obscuritatem solis visae sint rebusque color in terris mutaretur. Imperator vero illis diebus morbo correptus aegrotare coepit et per Moenum fluvium navigio ad Franconofurt, inde post dies paucos in insulam quandam Rheni fluminis prope Ingilenheim delatus morbo invalescente XII. Kal. Iul. diem ultimum clausit; corpusque eius Mettis civitatem perlatum in basilica sancti Arnulfi confessoris honorifice sepultum est.

Hlutharium vero de Italia sero venientem Franci loco patris eius super se regnaturum accipiunt. Hunc enim ferunt imperatorem morientem designasse, ut post se regni gubernacula susciperet, missis ei insigniis regalibus, hoc est sceptro imperii et corona. Quod fratres eius non consentientes contra eum insurgere parant. Ac primum ei in suburbanis Mogontiacis cum exercitu venienti frater suus Hludowicus cum manu valida orientalium Francorum partem regni ab oriente Rheni defensurus occurrit; initoque pacto et dilato in aliud tempus placito Hlutharius contra Karlum occidentem proficiscitur; Hludowicus vero orientales Francos, Alamannos, Saxones et Thuringios sibi fidelitatis iure confirmat.

hogy visszatérjen Bajorországba. Maga pedig, miután e részeken rendbe tette a dolgokat, Salz királyi birtokra visszatérve ünnepelte meg a keresztjáró napokat és az Úr mennybemenetelét. Az Úr mennybemenetelének pedig épp az előestéjén, azaz május tizenkettedikén[1] a hetedik és nyolcadik óra közt olyan erős napfogyatkozás támadt, hogy a nap homálya miatta csillagok is feltűntek, és megváltozott a dolgok színe a földön. A császár pedig ezekben a napokban betegségbe esve gyengélkedni kezdett és a Majnán hajóval Frankfurtba, innen pedig néhány nappal később Ingelheim közelében a Rajna egyik szigetére szállították; miután betegsége elhatalmasodott rajta, június 20-án bevégezte életét. Testét Metz városába átszállítva nagy tisztelettel Szent Arnulf hitvalló bazilikájában temették el.

A frankok az Itáliából későn megérkező Lothárt fogadták el apja helyett leendő uralkodójuknak; úgy tartják ugyanis, hogy halála előtt őt jelölte ki császárnak, hogy utódjaként átvegye az ország kormányzását, elküldve neki a királyi jelvényeket, azaz az uralkodói jogart és koronát. Fivérei ezzel nem értve egyet felkelést készítenek elő ellene; először, mikor Mainz alatt járt seregével, Lajos fivére szállt szembe vele erős keleti frank segítséggel, hogy megvédje az ország Rajnától keletre eső részét. Miután megegyezésre jutottak és a döntést későbbi időre halasztották, Lothár nyugatra indult Károly ellen, Lajos pedig esküvel erősíti meg a keleti frankok, alamannok, szászok és thüringiaiak iránta való hűségét.

1 Valójában 5-én.

DCCCXLI.

Interea, dum circa contigua Rheni loca praesidia poneret et litus orientale contra occidentalium inruptionem defendere pararet, Hlutharius nuntiorum rumore permotus omissa Karli insecutione reversus inchoante mense Aprilio iuxta Wormatiam cum exercitu clam transiit Rhenum et Hludowicum a quibusdam suis proditum ac pene circumventum Baioariam redire coegit. Positisque custodibus partium illarum, quos sibi fideles esse arbitratus est, denuo ad resistendum Karlo, qui iam tunc ultra Masam castra ponere moliebatur, studia convertit et vires.

Igitur dum haec agerentur, Hludowico per nuntios Karli ad auxilium vocato et per Alamanniam iter facienti comites, quos Hlutharius tutores partium suarum dimiserat, in Retiense occurrunt cum exercitu; ortoque proelio Adalbertus comes et incentor discordiarum occiditur et cum eo innumerabilis multitudo hominum prosternitur III. Idus Mai. Itaque Hludowicus hac congressione victor Rhenum transiens Karlo fratri suo auxilium laturus in Gallias pergit. Ubi cum convenissent tres fratres in regione Alcedronense iuxta villam Fontinatam et de partitione regni concordare non possent renuente Hluthario, qui sibi monarchiam vindicabat, ferro decernendum et Dei iudicio causam examinandam decreverunt. Factumque est inter eos VII. Kal. Iulii proelium ingens et tanta caedes ex utraque parte, ut numquam aetas praesens tantam stragem in gente Francorum factam antea meminerit. Et Hlutharius quidem ipsa die ad Aquense palatium coepit reverti, Hludowicus vero et Karlus castris potiti collectis ac

841.

Eközben, míg Lothár őrhelyeket telepített a Rajna mentén és előkészítette a keleti part védelmét a nyugatiak betörése ellen, a hírvivők értesüléseitől indítva felhagyott Károly üldözésével, és visszafordulva április elején Worms mellett seregével titokban átkelt a Rajnán; Lajos, akit néhány embere elárult és kis híján be lett kerítve, arra kényszerült, hogy visszatérjen Bajorországba. E részekre tehát hozzá hűnek tartott őrszemeket állítva újból a Károly elleni küzdelemre fordította figyelmét és erőit; ő akkor már a Meuse-on túl épített tábort.

Így hát, miközben ezek történtek, s miután Lajost Károly követei segítségül hívták és már úton volt Alamannián át, a grófok, akiket Lothár országrészei őrizetére küldött ki, Riesben találkoztak seregükkel. Csata támadt, és elesett Adalbert gróf, a viszályok szítója; vele együtt hullott el május 13-án megszámlálhatatlan sok ember is. Az összecsapás győztese, Lajos tehát a Rajnán átkelve Galliába indul, hogy megsegítse fivérét, Károlyt. Mikor itt, Auxerrois vidékén, Fontenoy mellett találkozott a három fivér, és az ország felosztásáról nem tudtak egyetértésre jutni, mivel Lothár, aki egyeduralomra tartott igényt, megakadályozta ezt: úgy döntöttek, hogy a fegyverekre és Isten ítéletére bízzák az ügyet.

Június 25-én pedig hatalmas ütközetet vívtak meg, és mindkét részről akkora volt az öldöklés, hogy a jelen kor emlékezete szerint addig sosem vesztek oda ilyen sokan a frankok népéből. Lothár még aznap elkezdett visszavonulni az aacheni palotába, Lajos és Károly pedig, akik a tábort hatalmukba kerítették, össze-

sepultis eorum cadaveribus, qui ex sua parte ceciderant, ab invicem discedunt.

Et Karlo in occidentalibus remanente Hludowicus quasi mediante mense Augusto venit ad villam regiam, quae vocatur Salz. Hlutharius vero iterum suis undique collectis Mogontiacum veniens Saxones cum Hluthario filio suo parvulo obviam sibi Nemeti venire praecepit; ipse autem Rhenum transiens quasi Hludowicum fratrem suum usque ad exteras nationes fugaturus infectoque negotio redit Wormatiam. Ibi celebratis filiae suae nuptiis rursus contra Karlum in Gallias pergit; ubi toto hiberni tempore inani labore consumpto Aquasgrani revertitur.

Cometes stella VIII. Kalendas Ian. sub signo aquarii apparuit.

DCCCXLII.

Hludowicus vero videns Hlutharium in pristina pertinacia perdurantem nec adhuc velle desistere victum collecta orientalium non modica manu Rhenum transiit, civitates in occidentali Rheni litore positas, quae partibus Hlutharii favebant, in deditionem accepit; occurritque ei Karlus apud urbem Argentoratum, quae nunc Strazburgus vocatur. Unde pari intentione pergentes Hlutharium in villa Sentiaca morantem et a suis desertum, in quibus non parum confidebat, fugere conpellunt XIIII. Kal. Aprilis. Putantes autem eum, ut fama vulgabat, rebus desperatis Italiam petere, partem regni, quam eatenus habuit, inter se dispertiunt.

szedve és eltemetve azokat, akik az ő részükről elestek, külön-külön visszavonultak.

Míg Károly a nyugati részeken maradt, Lajos úgy augusztus közepén Salz nevű királyi birtokára ment; Lothár pedig, ismét mindenfelől összegyűjtve övéit, Mainzba menve megparancsolta, hogy a szászok jöjjenek elé (kisfiával, Lothárral együtt) Speyerbe, maga pedig a Rajnán átkelve, hogy Lajos fivérét egészen a határon túli[2] népekig üldözze, de azt el nem végezve, visszatért Wormsba. Itt megünnepelve lánya esküvőjét, ismét Károly ellen indul Galliába; ott az egész telet hiábavaló fáradozással töltve visszatér Aachenbe.

December 25-én üstököscsillag jelent meg a Vízöntő jegyében.

842.

Lajos pedig, látva, hogy Lothár kitart korábbi elszántságában, s még legyőzetve sem adja fel, nem jelentéktelen sereget gyűjtve keletről, átkelt a Rajnán, és meghódoltatta a Rajna nyugati partján fekvő Lothár-párti városokat. Argentoratum városánál (melyet most Strassbourgnak hívnak) találkozik vele Károly; innen közös szándékkal elindulva a Sinzigben tartózkodó Lothárt, akit övéi – akikben túlságosan megbízott – elhagytak, március 19-én megfutamították. Mivel úgy vélték, hogy (amint a hír járta) ügye reménytelenre fordultával Itáliába igyekszik, az ország eddig ál-

2 *ad exteras* helyett *ad dexteras* a 2. ás 3. kéziratcsoportban, ami „a barátságos népekig" fordítást adná.

Hlutharius vero collecto fido satis exercitu apud Madasconam Galliae urbem consedit; quem consecuti fratres sui, cum iam vidissent proniorem ad faciendam cum eis pacem, foedus inire maluerunt, quam contentionibus diutius deservire; ea tamen conditione, ut e partibus singulorum XL ex primoribus electi in unum convenientes regnum aequaliter describerent, quo facilius postmodum inter eos pari sorte divideretur.

Quibus gestis Hludowicus inde reversus mense Augusto in villa, quae dicitur Salz, habito generali conventu in Saxoniam pergens validissimam conspirationem libertorum legitimos dominos opprimere conantium auctoribus factionis capitali sententia damnatis fortiter conpescuit; circa autumnum vero apud Wormatiam Karlo fratri occurrit, Hluthario in villa Theodonis morante. Cum missi eorum in Confluente castello convenientes de partitione regni concordare non possent, dilato in aliud tempus placito singuli ad sua revertuntur.

Eodem anno eclipsis lunae facta est III. Kal. April., quinta feria ante pascha, decima hora noctis.

DCCCXLIII.

Descripto regno a primoribus et in tres partes diviso apud Viridunum Galliae civitatem tres reges mense Augusto convenientes regnum inter se dispertiunt: et Hludowicus quidem orientalem

tala birtokolt részét felosztják maguk között. Ám Lothár, megfelelően hű sereget gyűjtve, megállapodott Mâcon galliai városnál; fivérei, követve őt, mivel már úgy látták, hogy jobban hajlik a békekötésre velük, inkább akartak szövetségre lépni, mint további viszálykodásnak tápot adni – ám azzal a feltétellel, hogy minden egyes párt előkelőiből negyvenet kiválasztva egy helyen gyűljenek össze, és az országot egyenlőképpen írják össze, hogy utána annál könnyebben arányosan feloszthassák egymás közt.

Ezek végeztével Lajos innen visszatérve augusztus hónapban birtokán, melyet Salznak mondanak, általános gyűlést tartva Szászországba indul, s keményen elfojtja a törvényes uraik ellen felkelni próbáló szabadosok veszedelmes összeesküvését,[3] halálbüntetéssel sújtva a fő pártütőket. Ősz tájékán pedig Wormsnál Károly fivérével találkozott, miközben Lothár Thionville-ben időzött. Mivel Koblenz erődjében találkozó küldötteik nem tudtak megegyezni az ország felosztásáról, a döntést más időre halasztva ki-ki hazatért.

Ugyanebben az évben március 30-án, a húsvét előtti csütörtökön este, a tizedik órában holdfogyatkozás volt.

843.

Miután az előkelők felmérték és három részre osztották az országot, augusztus hónapban a galliai Verdun városánál találkozva a három király felosztotta maga közt az országot: mégpedig Lajos a keleti or-

3 Stellinga-felkelés.

partem accepit, Karlus vero occidentalem tenuit, Hlutharius, qui maior natu erat, mediam inter eos sortitus est portionem. Factaque inter se pace et iuramento firmata singuli ad disponendas tuendasque regni sui partes revertuntur. Karlus Aquitaniam quasi ad partem regni sui iure pertinentem affectans Pippino nepoti suo molestus efficitur eumque crebris incursionibus infestans, grande detrimentum proprii saepe pertulit exercitus.

Gregorius papa obiit, in cuius locum subrogatus est Sergius. Et Mauri Beneventum occupaverunt.

DCCCXLIIII.

Karlus Bernhartum Barcenonensem ducem incautum et nihil ab eo mali suspicantem occidit. Pippini duces Karli exercitum superant VII. Idus Iunii; in quo proelio ceciderunt Hugo abbas, patruus Karli, et Rihboto abbas, Hraban quoque signifer cum aliis multis ex nobilibus.

Hludowicus Obodritos defectionem molientes bello perdomuit occiso rege eorum Goztomuizli terramque illorum et populum sibi divinitus subiugatum per duces ordinavit.

Hrabanus quoque, sophista et sui temporis poetarum nulli secundus, librum, quem de laude sanctae crucis Christi, figurarum varietate distinctum difficili et mirando poemate conposuit, per Ascrichum et Hruodbertum monachos monasterii Fuldensis Sergio papae sancto Petro offerendum transmisit.

ságrészt kapta, Károly pedig a nyugatit kapta birtokul, Lothár, aki a legidősebb volt, a kettejük közti középső részt nyerte el. Békét kötve egymással és esküvel is megerősítve azt, mindegyikük hazatért, hogy elrendezze és biztosítsa országrészét. Károly, arra hivatkozva, hogy Aquitánia jog szerint az őt illető országrészhez tartozik, unokaöccsének, Pippinnek lett terhes, gyakori támadásokkal zaklatva őt, bár gyakran saját seregének okozott ezzel komoly veszteségeket.

Elhunyt Gergely pápa, akinek helyére Sergiust választották; a mórok pedig elfoglalták Beneventót.

844.

Károly megölte Bernhart barcelonai herceget, aki óvatlan volt, nem gyanítva semmi rosszat felőle. Pippin vezérei június 7-én legyőzik Károly seregét; ebben a csatában esett el Hugo apát, Károly apai nagybátyja, és Rihboto apát, továbbá Hraban zászlóvivő is sok mással együtt a nemesek közül.

Lajos háborúval igázta le az elszakadni készülő obodritákat; miután királyukat, Goztomuizlit megölte, földjüket és Isten által alája rendelt népüket hercegek útján irányította.

Hrabanus pedig, a bölcselő, aki kora költői közül senkinél nem volt alacsonyabb rangú, könyvét, melyet Krisztus szent keresztjének dicséretére írt meg költői alakzatok rendkívüli változatosságával és csodálatos költészettel, a fuldai monostor szerzeteseivel, Aschrichhal és Hruodberttel küldte el Sergius pápának, hogy ajánlja fel Szent Péternek.

DCCCXLV.

Nordmanni regnum Karli vastantes per Sequanam usque Parisios navigio venerunt et tam ab ipso quam incolis terrae accepta pecunia copiosa cum pace discesserunt. In Frisia quoque tribus proeliis conflixerunt: in primo quidem victi, in secundis vero duobus superiores effecti magnam hominum multitudinem prostraverunt. Castellum etiam in Saxonia, quod vocatur Hammaburg, populati nec inulti reversi sunt.

Karlus cum Brittonibus conflixit et cum grandi damno exercitus sui ipse cum paucis vix evasit.

Hludowicus XIIII ex ducibus Boemanorum cum hominibus suis christianam religionem desiderantes suscepit et in octavis theophaniae baptizari iussit; tempore vero autumni in Saxonia apud Padrabrunnon generale placitum habuit, ubi fratrum suorum et Nordmannorum, Sclavorum quoque et Bulgarorum legationes suscepit, audivit et absolvit.

Hlutharius Folcratum ducem Arelatensem et reliquos comites illarum partium rebellare molientes in deditionem accepit et, prout voluit, Provinciam ordinavit.

845.

A Károly országát pusztító normannok a Szajnán egészen Párizsig felhajóztak és mind tőle, mind a föld lakosaitól bőséges pénzváltságot véve békében távoztak. Fríziában is három csatában ütköztek meg: az elsőből ugyan vesztesként, az azt követő kettőből viszont győztesként kikerülve emberek nagy sokaságát terítették le. Szászországban is feldúltak egy erődöt, melynek neve Hammaburg,[4] így nem tértek haza bosszú nélkül.[5]

Károly a bretonokkal ütközött meg, és seregével nagy veszteséget szenvedve alig menekült meg maga is néhány emberével.

Lajos fogadott a csehek előkelői közül tizennégyet (embereikkel együtt), akik fel akarták venni a keresztény vallást, és vízkereszt nyolcadán[6] megkereszteltette őket. Ősz idején pedig Szászországban, Paderbornban általános gyűlést tartott, ahol fogadta fivérei és a normannok, szlávok és bolgárok követségeit is, meghallgatta és elbocsájtotta őket.

Lothár elfogadta Folcrat arlesi hercegnek és ama részek többi, felkelésre készülődő grófjainak megadását, és úgy rendezte el Provence-ot, ahogy akarta.

4 Hamburg.

5 Az 1., 2. és 3. kézirat *inulti* helyett *multi* alakot hoz: „Szászországban is feldúltak egy erődöt, melynek neve Hammaburg, noha nem tértek haza *sokan*."

6 Január 13.

DCCCXLVI.

Gisalbertus vassallus Karli filiam Hlutharii imperatoris rapuit et in Aquitaniam profectus in coniugem accepit. Hludowicus occidentem profectus mense Martio cum Karlo placitum habuit; in quo uterque eorum publice contestatus est suae non fuisse voluntatis, quod Gisalbertus filiae Hlutharii iungeretur, ut his auditis Hlutharius facilius placari potuisset. Inde reversus iuxta lacum Briganticum II. Non. April. pascha celebravit. Postea cum Hluthario locutus, volens eum cum Karlo pacificare, cum res non haberet effectum, circa medium mensem Augustum cum exercitu ad Sclavos Margenses defectionem molientes profectus est. Ubi ordinatis et iuxta libitum suum conpositis rebus ducem eis constituit Rastizen nepotem Moimari; inde per Boemanos cum magna difficultate et grandi damno exercitus sui reversus est.

His temporibus Mauri Romam cum exercitu venientes, cum non possent urbem inrumpere, ecclesiam sancti Petri vastaverunt.

DCCCXLVII.

Hic annus a bellis quievit, quem Hlutharius et Hludowicus mutua familiaritate transegerunt; nam uterque eorum ad domum alterius invitatus conviviis et muneribus regiis honoratus est. Hludowicus tamen Hluthariu et Karlum, ita ut voluit, pacificare non potuit, renuente Hluthario propter iniuriam sibi a Gisalberto vasallo Karli in raptu filiae suae factam.

846.

Giselbert, Károly vazallusa elrabolta Lothár császár lányát, és Aquitániába érkezve feleségül vette. Lajos nyugatra utazva márciusban Károllyal megbeszélést tartott, melyen mindketten nyilvánosan egyértelművé tették, hogy nem volt akaratuk szerint való Giselbertnek és Lothár lányának házassága, hogy ennek hallatán Lothár könnyebben kiengesztelődjön. Innen visszatérve április 4-én a Bodeni-tónál ünnepelte a húsvétot. Ezután, beszélve Lotharral, mert ki akarta őt békíteni Károllyal, mivel a dolog nem járt sikerrel, augusztus hó közepe táján sereggel indult az elszakadásra készülő morávíai szlávok ellen. Miután elrendezte és tetszése szerint alakította a dolgokat, Rastizt, Mojmir unokáját tette meg fejedelemnek felettük; innen a cseheken át tért vissza, nagy nehézségek és serege súlyos veszteségei árán.

Ezekben az időkben a mórok sereggel Róma alá érkezve, mivel nem tudtak betörni a városba, Szent Péter templomát dúlták fel.

847.

Ez az év háborúktól mentes nyugalomban telt; Lothár és Lajos egymás társaságában töltötték el, mert mindkettejük meghívta a másikat otthonába, és királyi vendégfogadással és ajándékokkal tisztelte meg. Ám Lajos nem tudta szándéka szerint kibékíteni Lothárt és Károlyt, mivel Lothár nem volt erre hajlandó a jogsértés miatt, mely Giselbert, Károly vazallusa lányrablása révén érte.

Nordmanni Dorestadum incendentes vastaverunt.

Otgarius Mogontiacensis episcopus XI. Kal. Mai. obiit, in cuius locum Hrabanus ordinatus est VI, Kal. Iul.; qui in eodem anno iubente Hludowico rege apud Mogontiacum synodum habuit circa Kalendas Octobr.

Per idem tempus mulier quaedam de Alamanniae partibus nomine Thiota pseudoprophetissa Mogontiacum venit, quae Salomonis episcopi parroechiam suis vaticiniis non minime turbaverat. Nam certum consummationis seculi diem aliaque perplura Dei solius notitiae cognita quasi divinitus sibi revelata scire se fatebatur et eodem anno ultimum diem mundo imminere praedicabat. Unde multi plebeium utriusque sexus timore perculsi ad eam venientes munera illi offerebant seque orationibus illius commendabant; et, quod gravius est, sacri ordinis viri doctrinas ecclesiasticas postponentes illam quasi magistram caelitus destinatam sequebantur. Haec in praesentiam episcoporum apud sanctum Albanum deducta et diligenter de suis assertionibus requisita presbyterum quendam sibi ea suggessisse et se talia questus causa narrasse professa est. Quapropter synodali iudicio publicis caesa flagellis ministerium praedicationis, quod inrationabiliter arripuit et sibi contra morem ecclesiasticum vindicare praesumpsit, cum dedecore amisit suisque vaticiniis tandem confusa finem inposuit.

A normannok megtámadva feldúlták Dorestadot.

Otgar mainzi püspök április 21-én meghalt, helyére Hrabanust szentelték fel június 26-án; ő ugyanebben az évben, október eleje körül Lajos király parancsára zsinatot tartott Mainzban.

Ugyanebben az időszakban egy bizonyos, alamann országrészből való asszony, név szerint Thiota, hamis prófétaként Mainzba érkezett; jóslataival nem kis kavarodást okozott Salomon püspök egyházmegyéjében. Azt állította ugyanis, hogy isteni kinyilatkoztatásból ismeri a világvége kitűzött napját és sok minden mást, amit egyedül csak Isten tudása számára ismeretes, és azt prédikálta, hogy még abban az évben eljön a világ számára az utolsó nap. Emiatt a nép köréből sokan, mindkét nembeliek, a félelemtől megrendülve elmenve hozzá ajándékokat ajánlottak fel neki, és magukat imádságaiba ajánlották. És ami még súlyosabb, a szent rendbe tartozó férfiak, az Egyház tanítását kevesebbre tartva, mint az Égtől nekik rendelt tanítót követték az asszonyt. Ő pedig a Szent Albanus-templomba[7] a püspökök elé vezetve és állításai felől gondosan kikérdezve bevallotta, hogy egy pap sugallta neki ezeket a dolgokat, ő pedig nyereségvágyból adta elő ezeket. Emiatt a zsinat ítélete alapján nyilvánosan megostorozták, és amit esztelen módon magához ragadottés az Egyház szokása ellenére magának tulajdonított, gyalázattal veszítette el, s végül saját jóslataival szégyent vallva felhagyott azokkal.

7 Mainz.

DCCCXLVIII.

Hlutharius et Hludowicus mense Februario conloquium habuerunt in Confluente castello; ubi pars Hlutharii illud quidem, sicut fama vulgabat, maxime moliebatur, ut Hludowicus posthabita Karli amicicia sibi germanitatis iure sociaretur. Hludowicus vero memor pacti, quod cum Karlo dudum cum adtestatione divini nominis inierat, suasoria machinamenta ingeniose declinans finito conloquio ad suos reversus quasi mediante mense Augusto Boemanos eruptionem molientes per Hludowicum filium suum missa adversus eos expeditione contrivit legatosque pacis gratia mittere et obsides dare coegit.

Circa Kalendas autem Octobris generale placitum habuit apud Mogontiacum, in quo legatos fratrum suorum et Nordmannorum Sclavorumque suscepit, audivit et absolvit, homines etiam Hrabani episcopi adversus dominum suum conspirantes publice convictos cum eo pacificavit, legatos suos ad fratrem suum Hlutharium in Theodonis villa placitum habentem pro Gisalberhto, qui eodem anno ad fidem eius venerat, reconciliationis gratia direxit.

Gotescalcus, qui dicebatur hereticus, Mogontiaci a Hrabano archiepiscopo multisque aliis episcopis rationabiliter, ut plurimis visum fuit, convictus est, licet ille postmodum in sua perdurarit sententia.[1]

1 **Codices 2 et 3:** „Gotescalcus quoque quidam presbyter, de praedestinatione Dei prave sentiens et tam bonos ad vitam quam malos ad mortem

848.

Lothár és Lajos február hónapban megbeszélést tartottak Koblenz várában, amelyen Lothár részéről, amint a hír járta, erősen arra törekedtek, hogy Lajos, háttérbe szorítva Károly barátságát, az édesfivérség jogán velük szövetkezzen. Lajos viszont, emlékezve a megállapodásra, melyre – Isten nevét tanúul híva – Károllyal már régen lépett, a mesterkedő sugallatok elől leleményesen kitérve, a megbeszélést lezárva visszatért övéihez, és mintegy augusztus hó közepén leverte a kitörni készülő cseheket a fia, Lajos által ellenük vezetett vállalkozással, és arra kényszerítette őket, hogy békeköveteket küldjenek és túszokat adjanak.

Október elseje körül viszont általános gyűlést tartott Mainzban, melyen fogadta fivérei, a normannok és a szlávok követeit, meghallgatta és elbocsájtotta őket, Hrabanus püspöknek uruk ellen szövetkező és nyilvánosan leleplezett embereit kibékítette vele, követeit fivéréhez, Lothárhoz irányította – aki éppen Thionvillében tartott gyűlést –, hogy kiengesztelje Giselbert iránt, aki abban az évben hűséget fogadott neki.

Gottschalkot,[8] aki eretnek hírében állt, Mainzban Hrabanus érsek és sok más püspök elítélte – a legtöbbek számára érthető módon, noha ő később megmakacsolta magát véleményében.

8 E bekezdés a 2. és 3. kódexben: Gottschalkot, egy papot, aki Isten eleve elrendeléséről kárhozatosan vélekedett, azt állítva, hogy Isten a jókat eleve és elkerülhetetlenül az életre, a rosszakat az örök halálra szánta, püspöki zsinaton elítélték – a legtöbbek számára érthető módon, és saját püspökéhez, Ingmarhoz küldték Reimsbe, előtte esküvel erősítve meg, hogy többé nem tér vissza Lajos országába.

DCCCXLVIIII.

Boemani more solito fidem mentientes contra Francos rebellare moliuntur. Ad quorum perfidos motus comprimendos Ernustus, dux partium illarum et inter amicos regis primus, comitesque non pauci atque abbates cum exercitu copioso mittuntur. Barbari vero pro pace et securitate sua obsides se daturos et imperata facturos per legatos ad Thaculfum directos promittunt, cui prae ceteris credebant quasi scienti leges et consuetudines Sclavicae gentis; erat quippe dux Sorabici limitis, sed in illa expeditione iam tunc graviter vulneratus. Nam pridie, cum exercitus vallum hostium vi magna inrumperet et resistentibus adversariis ex utraque parte multi sine discretione sauciarentur, ipse in sinistro genu sagitta percussus est; cum legatis vero, qui ad eum missi fuerant, quo minus ab eis debilitas eius deprehenderetur, equo sedens simulata sanitate locutus est. Cumque quibusdam ex primatibus per missos suos legatorum verba nuntiasset, indignati sunt aliqui eorum adversus eum, quasi ceteris praeferri cupiens summam rerum gerendarum in se vellet inclinare; et citato impetu inconsultis ceteris bellum hostibus paci studentibus intulerunt statimque experti sunt, quid sine timore Dei propria discordium possit virtus et audacia. Hostes enim superiores effecti caedendo persecuti sunt eos usque in castra occisorumque spolia in con-

perpetuam inevitabiliter a Deo praedestinatos esse adfirmans in conventu episcoporum rationabiliter, ut plurimis visum est, convictus est; prius tamen iuramento confirmans, ne in regnum Hludowici ultra rediret."

849.

A csehek a szokott módon szavukat szegve felkelésre készülődnek a frankok ellen; hitszegő mozgolódásaik elfojtására Ernestet, azoknak a részeknek hercegét, a király legjobb barátját küldték, és számos grófot és apátot nagy sereggel. A barbárok pedig a béke és biztonságuk érdekében Thachulfhoz (akiben mint a szláv nép törvényeinek és szokásainak ismerőjében a többieknél inkább megbíztak) küldött követek által megígérik, hogy túszokat fognak adni és teljesítik a parancsaikat. Thachulf pedig a szorb határ őrgrófja volt, ám abban a vállalkozásban már akkor súlyosan megsebesült. Előző nap ugyanis, amikor a sereg nagy erőkkel tört rá az ellenség sáncára, és az egymásnak feszülő ellenfelek közül mindkét oldalon egyaránt sokan megsebesültek, bal térdét átütötte egy nyílvessző; a hozzá küldött követekkel ezért, hogy gyenge állapota ne lepleződjön le, egészséget színlelve, lovon ülve beszélt. S mikor egyes főrangúaknak küldönceivel megüzente a követek szavait, azok közül néhányan méltatlankodtak ellene, mintha a többieknél többre tartva magát, magához akarná vonni az események alakítását: és a többieket meg sem kérdezve rohamot intézve, felújították a harcot a békére törekvő ellenséggel. És rögtön megtapasztalták, hogy mire megy az istenfélelem nélkül a békétlenek vitézsége és vakmerősége: az ellenség ugyanis felülkerekedve, öldökölve üldözte

spectu eorum secure detrahentes tantis eos terroribus affecerunt, ut evadendi spe penitus privarentur. Unde coacti obsides dabant eis, a quibus suscipere dedignati sunt, ut inlaesi ab hostibus et via tantum publica pergentes in patriam reverti potuissent. Et ut maior confusio superbientibus et de sua virtute praesumentibus fieret, contigit eodem anno post non multi temporis spatium in villa Hohstedi, quae est in territorio Mogontiaco, spiritum nequam per os cuiusdam arreptitii protestari, bello se Boemanico praefuisse sociosque suos spiritum superbiae atque discordiae fuisse, quorum dolosis machinationibus Franci Boemanis terga vertissent.

DCCCL.

Roric natione Nordmannus, qui temporibus Hludowici imperatoris cum fratre Herialdo vicum Dorestadum iure beneficii tenuit, post obitum imperatoris defuncto fratre apud Hlutharium, qui patri successit in regno, proditionis crimine falso, ut fama est, insimulatus tentus et in custodiam missus est. Unde fuga lapsus in fidem Hludowici regis orientalium Francorum veniens, cum per annos aliquot ibi moraretur et inter Saxones, qui confines Nordmannis sunt, mansitaret, collecta Danigenarum non modica manu coepit piraticam exercere et loca regni Hlutharii septentrionalis oceani litoribus contigua vastare. Venitque per ostia Rheni fluminis Dorestadum et occupavit eam atque possedit; et cum a Hluthario principe sine periculo suorum non posset ex-

őket egészen a táborig, s a megölteket a szemük láttára kifosztva olyan rettegéssel töltötték el őket, hogy a megmenekülés reménye is teljesen elhagyta őket. Emiatt kényszerűségből túszokat adtak azoknak, akiktől szedni is méltatlannak tartották volna, hogy az ellenségtől sértetlenül és csak országúton vonulva visszatérhessenek hazájukba. És hogy még nagyobb legyen a gőgösök és saját vitézségükben túlságosan bízók szégyene, az történt ugyanabban az évben, hogy nem sokkal azután Höchst városában, amely Mainz területén van, egy gonosz lélek kijelentette egy megszállott ajkával, hogy ő irányította a csehek elleni háborút, szövetségesei pedig a gőg és a széthúzás lelke voltak; az ő álnok mesterkedéseik miatt futamodtak meg a frankok a csehek elől.

850.

A normann Roricot, aki Lajos császár idején fivérével, Herialddal Dorestad városát bírta javadalom jogán, a császár és fivére halála után Lothárnál, aki atyját követte a trónon, árulás (amint hírlik, hamis) vádjával letartóztatták és fogságba vetették. Innen megszökve és Lajos, a keleti frankok királya hűségére térve, miután pár évet ott töltött és a szászok között is időzött, akik a normannokkal szomszédosak, nem jelentéktelen dán sereget gyűjtve kalózkodást kezdett űzni, és pusztította Lothár országának az északi tenger partján fekvő részeit. A Rajna torkolatán át Dorestadba is eljutott, elfoglalta és birtokba vette azt; és mivel Lothár fejedelem övéi veszélyeztetése nélkül nem tudta elűzni, a szenátus tanácsára és követek közvetítésével visszafogadta őt hűségébe azzal a felté-

pelli, cum consilio senatus legatis mediantibus in fidem receptus est ea condicione, ut tributis ceterisque negotiis ad regis aerarium pertinentibus fideliter inserviret et piraticis Danorum incursionibus obviando resisteret.

Nordmanni Godafrido duce per Sequanam ascendentes regnum Karli praedantur. Ad quorum expulsionem Hlutharius in auxilium vocatus cum sibi pugnandum esse cum hoste putaret, Karlus clam mutato consilio Godafridum cum suis in societatem regni suscepit et terram eis ad inhabitandum delegavit. Hlutharius vero adventum suum illo supervacuum videns ad propria reversus est. Eodem anno gravissima fames Germaniae populos oppressit, maxime circa Rhenum habitantes; nam unus modius de frumento Mogontiaci vendebatur decem siclis argenti. Morabatur autem eo tempore Hrabanus archiepiscopus in quadam villa parroechiae suae, cui vocabulum est Winkela, et pauperes de diversis locis venientes suscipiens cotidie plus quam trecentos alimento sustentabat, exceptis his, qui in praesentia illius assidue vescebantur. Venit autem et mulier quaedam inedia pene consumpta cum puerulo parvulo inter ceteros refocillari desiderans, quae, priusquam limen portae transcenderet, prae nimia inbecillitate corruens spiritum exalavit; puer vero mamillam matris mortuae quasi viventis de sinu protrahens et sugere temptans multos intuentes gemere ac flere coegit. Quidam etiam in illis diebus de Grabfeldon cum uxore sua et filio tenero in Thuringiam proficiscens, ut malum inopiae temperare potuisset, uxorem in itinere in quadam silva positus affatus est: „Nonne", inquit, "melius est, ut puerum istum occidamus et manducemus carnes eius,

tellel, hogy az adókat és a többit, ami a királyi kincstárat megilleti, megbízhatóan beszolgáltatja, és a dánok kalózbetöréseinek ellenáll, feltartóztatva őket.

A normannok Godafrid vezetésével felmenve a Szajnán Károly országát fosztogatják; mivel a segítségül hívott Lothár úgy gondolta, hogy maga száll harcba az ellenséggel, Károly, tervét titokban megváltoztatva, Godafridot és övéit az ország szövetségesévé fogadta, és lakhatásra földet jelölt ki nekik. Lothár pedig, látva, hogy fölöslegesen jött, visszatért hazájába.

Ugyanebben az évben súlyos éhínség nehezedett Germánia népeire, leginkább a Rajna mentén lakókra; Mainzban egy mérő gabonát tíz sékel ezüstért adtak. Ebben az időben pedig Hrabanus érsek egyházmegyéje egyik, Winkel nevű falujában tartózkodott, és befogadva a különböző helyekről érkező szegényeket, naponta több mint háromszáz embert látott el étellel, nem számítva azokat, akiket helyben állandóan táplált. Jött pedig a többi erőre kapni vágyakozó közt egy az éhhalál szélén álló asszony csecsemőjével együtt; mielőtt átlépte volna a kapu küszöbét, ereje fogytán összeesve kilehelte lelkét, a kisgyermek pedig, mintha anyja még élne, elővette emlőjét és szopni próbált a tömeg szeme láttára, amely erre sóhajokban és sírásban tört ki. Szintén azokban a napokban történt, hogy egy ember, aki Grabfeldből Thüringiába tartott feleségével és kisfiával, hogy nyomorúságukon enyhíthessen, feleségét útközben egy erdőben megállítva így szólt hozzá: „Nem jobb-e, ha megöljük ezt a gyereket és megesszük húsát, mintha mindannyian éhen halnánk?" Mikor pedig az asszony ellenkezett, hogy ne kövessenek el ek-

quam omnes inedia consumamur?" Illa vero contradicente, ne tantum scelus committeret, tandem urgente fame filium per vim de brachiis rapuit maternis et voluntatem opere complesset, nisi Deus illum sua miseratione praevenisset. Nam, sicut idem postea in Thuringia positus plurimis retulit, cum evaginasset gladium, utbmactaret filium, et in ancipiti positus necem distulisset, vidit eminus duos lupos super una cerva stantes et lacerantes carnes eius, statimque parcens filio ad cadaver cervae cucurrit et lupos inde abigens tulit de carnibus praegustatis et cum incolomi filio ad uxorem reversus est. Prius enim, quando filium tulerat de manibus matris, paululum ab ea declinaverat, ne illa morientem puerum videret vel audiret. At illa veniente marito videns recentes carnes et cruore perfusas putabat filium occisum et cecidit retrorsum pene exanimis. Ille autem accedens consolatus est eam et erigens illam ostendit ei puerum viventem. Tunc illa resumpto spiritu Deo gratias egit, quia filium sanum recipere meruit; nec minus ille, quod eum Deus a liberi interfectione innocuum dignatus est conservare. Ambo tamen de carnibus lege prohibitis necessitate coacti se recrearunt.

DCCCLI.

Sorabi Francorum fines crebris incursionibus atque incendiis infestant. Unde rex commotus cum exercitu per Thuringiam iter faciens terram eorum ingressus gravi eos obsidione fatigavit; perditisque frugibus et omni spe victus adempta magis eos fame quam ferro perdomuit.

kora gaztettet, az éhségtől hajtva mégis kitépte anyja karjából, és szándékát tett is követte volna, ha Isten nem lépett volna közbe az Ő irgalmában. Amikor ugyanis (amint később, Thüringiába érve sokaknak elmesélte) kihúzta kardját, hogy megölje a fiát, és elbizonytalanodva habozott a gyilkossággal, távolabb két farkast látott meg, melyek egy szarvas fölött állva annak húsát marcangolták. Fiát megkímélve rögtön a szarvastetemhez futott, és a farkasokat elkergetve onnan vitt a már megkóstolt húsból, sértetlen fiával visszatérve feleségéhez. Korábban ugyanis, mikor kiragadta fiukat fiúkat anyja kezéből, kicsit távolabb húzódott tőle, hogy ő ne hallja vagy lássa haldokló fiát. Ám az asszony, amikor férje jöttekor látta a friss és vérben ázó húst, azt gondolta, hogy fia lett levágva, és szinte élettelenül esett össze. Férje azonban odalépve vigasztalta, és felemelve őt, megmutatta neki, hogy fiuk él. Ő erre magához térve hálát adott Istennek, hogy épen kaphatta vissza fiát, s nem kevésbé a férj, hogy Isten méltónak találta őt gyermeke megölésében ártatlannak megőrizni. A szükségtől kényszerítve mindketten a törvény által tiltott hússal erősítették meg magukat.

851.

A szorbok gyakori betörésekkel és gyújtogatásokkal zaklatták a frankok határait; emiatti haragjában a király seregével Thüringián át megindulva földjüket megtámadta és súlyos ostrommal fárasztotta ki őket: gabonájuktól és az élelem minden reményétől megfosztva inkább az éhséggel, mint fegyverrel törte meg őket.

Pippinus rex Aquitaniae comprehensus a suis Karlo regi cum regno traditur et clericus effectus monastico indutus habitu Suessioni in monasterio sancti Medardi retruditur. Similiter et Karlus frater eius iunior, cum de regno Hlutharii profectus fratrem invisere disposuisset, tentus est a comitibus Karli regis et illo iubente tonsus in Corbeiense monasterio missus est in custodiam.

DCCCLII.

Herialdus Nordmannus, qui superioribus annis iram domini sui Horic Danorum regis fugiens ad regem Hludowicum se contulit et ab eo benigne susceptus baptizatus ac fidei sacramentis imbutus est, cum per plures annos honorifice inter Francos haberetur, tandem principibus borealium partium et custodibus Danici limitis quasi lubricae fidei et molimine proditionis coepit esse suspectus, unde et ab eis occisus est.

Habita est autem et synodus ex voluntate atque praecepto eiusdem serenissimi principis in civitate Mogontia, metropoli Germaniae, praesidente Hrabano venerabili eiusdem urbis archiepiscopo cum omnibus episcopis atque abbatibus orientalis Franciae, Baioariae et Saxoniae. Et illi quidem de absolvendis quaestionibus ecclesiasticis tractatum habebant, rex vero cum principibus et praefectis provinciarum publicis causis litibusque componendis insistens, postquam synodalia eorum decreta suo iudicio comprobavit et legationes Bulgarorum Sclavorumque audivit et absolvit, Baioariam reversus est; ubi ordinatis et

Pippint, Aquitánia királyát saját emberei elfogták, és országával együtt átadták Károly királynak, és az egyházi rendbe beléptetve, szerzetesi ruhába öltöztetve Soissonsban a Szent Medárd-kolostorba zárták. Ugyanígy öccsét, Károlyt is, amikor Lothár országából elindult meglátogatni bátyját, Károly király parancsára annak grófjai elfogták, és tonzúrát nyírva neki, Corbie monostorába küldték fogságba.

852.

A normann Heriald, aki az előző években ura, Horic dán király haragja elől menekülve Lajos királyhoz ment, szíves fogadtatásban részesülve megkeresztelkedett és részesült a hit szentségeiben. Miután éveken át megbecsülésben állt a frankok között, végül az északi részek előkelői és a dán határvidék őrzői szemében gyanússá vált, mint kétes hitű és árulást forraló, ami miatt meg is ölték őt.

Zsinatot is tartottak ugyanezen kegyes fejedelem akaratából és parancsára Mainzban, Germánia központjában Hrabanus, e város tisztelendő érseke elnöklésével, a keleti frank föld, Bajorország és Szászország összes püspöke és apátja részvételével.

Ők az egyház kérdéseinek megoldásáról tárgyaltak, a király pedig főembereivel és a tartományi vezetőkkel a közügyek és perek rendezésén fáradozva, miután a zsinati határozatokat ítéletével megerősítette és a bolgárok, illetve szlávok küldöttségeit meghallgatta és elbocsájtotta, Bajorországba tért vissza. Itt rendbe téve és elrendezve mindazt, ami szükségesnek látszott, a Rajnán

dispositis, quae videbantur esse necessaria, sine mora rediens per alveum Rheni fluminis navigio venit Coloniam. Ubi cum quibusdam ex Hlutharii fratris sui principibus habita locutione profectus est in Saxoniam ob eorum vel maxime causas iudicandas, qui a pravis et subdolis iudicibus neglecti et multimodis, ut dicunt, legis suae dilationibus decepti graves atque diuturnas patiebantur iniurias. Suberant etiam et aliae causae ad se ipsum specialiter aspicientes, possessiones videlicet ab avita vel paterna proprietate iure hereditario sibi derelictae, quas oportuit ab iniquis pervasoribus iusta repetitione legitimo domino restitui. Igitur in loco, qui appellatur Mimida, super amnem, quem Cornelius Tacitus scriptor rerum a Romanis in ea gente gestarum Visurgim, moderni vero Wisuraha vocant, habito generali conventu tam causas populi ad se perlatas iusto absolvit examine quam ad se pertinentes possessiones iuridicorum gentis decreto recepit. Inde transiens per Angros, Harudos, Suabos et Hohsingos et per mansiones singulas, prout se praebuit oportunitas, causas populi diiudicans Thuringiam ingreditur. Ubi apud Erpfesfurt habito conventu decrevit inter alia, ut nullus praefectus in sua praefectura aut quaestionarius infra quaesturam suam alicuius causam advocati nomine susciperet agendam, in alienis vero praefecturis vel quaesturis singuli pro sua voluntate aliorum causis agendis haberent facultatem. Inde profectus diem natalis Domini in Reganesburg celebravit.

hajózva haladéktalanul visszatért Kölnbe. Itt megbeszélést tartva fivére, Lothár főembereivel, Szászországba indult, leginkább azoknak az ügyeiben ítéletet hozni, akiket hitvány és álnok bírák semmibe vettek, és amint mondják, joguk sokféle halogatásával becsapva súlyos és hosszan tartó jogtalanságokat szenvedtek. Voltak a háttérben még más, őt magát különösen érintő okok is, tudniillik nagyanyai vagy apai tulajdonból örökösi jogon rá hagyott birtokok, melyeket jogos visszakövetéssel kellett törvényes birtokosuknak visszajuttatni méltatlan bitorlóiktól. Ezért általános gyűlést tartva azon a helyen, melyet Mimidának[9] hívnak, annál a folyónál, melyet Cornelius Tacitus (aki megírta a rómaiak e néppel viselt dolgait) Visurgisnak, a mostaniak pedig Wisurahának[10] hívnak, jogi vizsgálattal elrendezte a nép hozzá vitt pereit, és az őt illető birtokokat is visszanyerte a nép bíráinak döntése révén. Innen átutazva az angrusokon,[11] a harudusokon, a svábokon és a hohsingusokon, és minden egyes szállásán, amint arra alkalom adódott, ítéletet hozva a nép pereiben, Thüringiába érkezik. Itt Erfurtnál gyűlést tartva többek között arról hozott rendeletet, hogy peres ügyben megbízottként nem járhat el egyetlen területi elöljáró sem saját prefektúrájában, vagy körzeti felelős sem saját kvesztúrájában. Innen tovább indulva Regensburgban ünnepelte az Úr születése napját.

9 Minden.

10 Weser.

11 A mai Engern lakói.

DCCCLIII.

Nordmanni per Ligurem fluvium[2] venientes Turonum Galliae civitatem praedantur et inter alias aedes ecclesiam quoque sancti Martini confessoris nemine resistente succendunt.

Aquitanorum legati Hludowicum regem crebris supplicationibus sollicitant, ut aut ipse super eos regnum susciperet aut filium suum mitteret, qui eos a Karli regis tyrannide liberaret, ne forte ab extraneis et inimicis fidei cum periculo christianitatis quaerere cogerentur auxilia, quae ab orthodoxis et legitimis dominis invenire nequirent.

Hemmo Halbarensis episcopus VI. Kal. Aprilis defunctus est; in cuius locum Hildigrim episcopus est ordinatus. Reginheri corepiscopus VI. Kal. Septembris de hoc mundo transiens Folchardum successorem reliquit. Hadawart quoque Mimidensis episcopus XVI. Kal. Octobris diem clausit ultimum cathedramque suam Theotrico dimisit.

In Kalendis autem Septembribus basilicam sancti Bonifacii martyris noctu fures ingressi partem de thesauro aecclesiae abstulerunt et ita hactenus res latet, ut neque auctores facti investigari neque pecuniae aliquod possit indicium reperiri.

2 **Codex 2:** „Nordmanni per Ligurem fluvium inrumpentes in regnum Karoli loca plurima vastaverunt; et Turonis venientes etiam domum sancti Martini confessoris cremarunt incendio."

853.

A normannok a Loire folyón átkelve[12] kirabolják a galliai Tours városát, és a többi épület között, nem találkozva ellenállással, Szent Márton hitvalló templomát is felgyújtják.

Az aquitánok követei sűrű könyörgésekkel zaklatják Lajos királyt, hogy vagy ő maga vegye át az uralmat felettük, vagy küldje el fiát, hogy megszabadítsa őket Károly király bitorlásától, nehogy esetleg idegenektől és a hit ellenségeitől kényszerüljenek, kereszténységüket veszélyeztetve, kérni a segítséget, melyet igaz hitű és törvényes uraiknál nem találhatnak meg.

Hemmo halberstadti püspök március 27-én meghalt; helyére Hildigrimet szentelték püspökké. Reginheri püspökhelyettes augusztus 27-én e világból eltávozva Folchardot hagyta utódjának. Hadawart mindeni püspök is, szeptember 16-án bevégezve utolsó napját, székét Theotricnak engedte át.

Szeptember elsején, éjjel pedig Szent Bonifác vértanú bazilikájába törve be, tolvajok elvitték a templom kincstárának egy részét; és olyan homály fedi mindeddig a dolgot, hogy sem a tettet elkövetőket nem lehetett kinyomozni, sem a pénzből valamennyinek is nyomára lelni.

12 A 2. kódex Reginót követve így folytatja: betörve Károly országába igen sok helyet feldúltak; Tours-ba is eljutva Szent Márton hitvalló otthonát is gyújtogatva felégették.

DCCCLIIII.

Hludowicus filius Hludowici regis ad Aquitaniam pergit, volens experiri, si vera essent ea, quae patri suo per legatos gentis promittebantur. Cum ergo venisset et non esset susceptus nisi ab ea tantum sola cognatione, quam Karlus maxime offendit propter interfectionem Gozberti eorum propinqui, quem iussit occidi, ceteris omnibus a susceptione eius dissimulantibus adventum suum illo supervacuum fuisse ratus cum suis se circa tempus autumni in Franciam recepit.

Nordmanni, qui continuis XX annis regni Francorum fines per loca navibus accessibilia caedibus et incendiis atque rapinis crudeliter vastabant, congregati de regionibus, per quas praedandi cupiditate dispersi fuerant, in patriam suam reversi sunt. Ibique inter Horic regem Danorum et Gudurm filium fratris eius, qui eatenus ab eo regno pulsus piratico more vixit, orta contentione ita se mutua caede mactaverunt, ut vulgus quidem promiscuum innumerabile caderet, de stirpe vero regia nisi unus puer nullus remaneret, Domino sanctorum suorum iniurias ulciscente et adversariis digna factis retribuente.

DCCCLV.

Apud Mogontiacum terra vicies tremuisse perhibetur. Aeris insolita commotio turbinibus ac tempestatibus plagisque grandinum multis damnum intulit. Fulminum ictibus aedes plurimae crema-

854.

Lajos, Lajos király fia Aquitániába utazik, kitapasztalni akarva, vajon igazak-e azok a dolgok, melyeket apjának az ottani nép küldöttei ígérgettek. Miután tehát odaérkezett, és nem ismerték el hatalmát (kivéve az a rokona, akit Károly nagyon megsértett rokonuk, Gozbert megölésével, kinek meggyilkolására parancsot adott), s mindenki más vonakodott elismerni őt, úgy vélve, hogy odamenetele fölösleges volt, övéivel ősz ideje körül Frankföldre vonult vissza.

A normannok, akik a frank országhatárokon húsz éven át folyamatosan, kegyetlenül öldökölve, gyújtogatva és rabolva pusztították végig a hajón megközelíthető helyeket, összegyűlve azokról a vidékekről, melyeken szétszóródtak rabolni vágyva, visszatértek hazájukba. Itt aztán Horic dán király és fivére fia, Gudurm (aki addig az országból elűzve kalóz módjára élt) között vetélkedés támadt, és kölcsönösen öldökölve egymást olyan mészárlást végeztek, hogy a köznépből válogatás nélkül megszámlálhatatlan sokan estek el, a királyi családból pedig senki nem maradt életben, csak egyetlen fiú. Így bosszulta meg az Úr a szentjein esett sérelmeket, és fizetett meg ellenségeinek tetteikhez méltó módon.

855.

A beszámolók szerint Mainzban hússzor rengett a föld. A szokatlan légmozgások forgószelekkel, viharokkal és jégesővel okoztak kárt sokaknak. Igen sok épület égett le villámcsapásoktól, köztük

tae sunt, inter quas basilica sancti Kiliani martyris Nonis Iuniis clero laudes vespertinas celebrante repentino ictu percussa atque succensa est; et mirum in modum sub laquearibus domus ignis pendulus inlaesa materia tamdiu oberrabat, donec ossa sancti martyris et totus aecclesiae thesaurus efferretur inlaesus. Clericorum quoque nonnulli fulmine tacti inlaesis vestibus per diversa membrorum loca graves combusturas habuisse reperti sunt. Fertur etiam quendam in illis regionibus hominem ita caelesti igne combustum, ut consumpto corpore vestis ab igne remaneret inlaesa. Sequentis vero mensis die octava, instante sollempnitate natalis eiusdem sancti martyris, muros aecclesiae, quos prius caelestis non consumpsit ignis, subito terribilis exorta tempestas funditus evertit; quam ruinam mors episcopi Gozbaldi subsecuta est, qui tercio dehinc mense, id est XII. Kal. Octobris, praesentem vitam finiens Arnum discipulum suum sibi successorem reliquit.

Rex quoque Hludowicus in Sclavos Margenses contra Rastizen ducem eorum sibi rebellantem parum prospere ducto exercitu sine victoria rediit, malens adversarium firmissimo, ut fertur, vallo munitum ad tempus dimittere quam militum suorum periculose pugnando damna sustinere. Magnam tamen provinciae partem praedis et incendiis vastavit exercitus non parvamque multitudinem hostium castra regis invadere cupientium usque ad internitionem delevit, sed non impune; quia post reditum regis Rastizes cum suis insecutus plurima trans Danuvium finitimorum loca praedando vastavit.

Szent Kilián vértanú bazilikája is. Június 5-én, miközben a papság a vesperást mondta, a templom megrendült és kigyulladt a hirtelen csapástól; és a tűz csodálatos módon sértetlenül hagyva a falakat, megállt az épület tetőgerendái alatt, s mindaddig ott rekedt, amíg a szent vértanú csontjait és a templom egész kincstárát sértetlenül kivitték. Nem egy papot úgy találtak meg villámtól sújtva, hogy bár ruháik sértetlenek voltak, testrészeik különböző helyeken súlyosan megégtek. Azt is mesélik, hogy e vidékeken úgy égetett meg az égi tűz egy embert, hogy testét elemésztve ruháját sértetlenül hagyta. A következő hónap nyolcadik napján[13] pedig, ugyane szent vértanú születésnapjának kezdetén a templom falait, melyeket korábban nem emésztett fel az égi tűz, hirtelen támadt szörnyű vihar döntötte le teljesen. Ennek romba dőlését Gozbald püspök[14] halála követte, aki az ettől számított harmadik hónapban, azaz szeptember 20-án fejezve be ezt az életet, tanítványát, Arnt hagyta hátra utódjaként.

Lajos király is, miután a morváviai szlávokhoz, vezérük, az ellene felkelő Rastiz ellen kevés sikerrel vezetett sereget, győzelem nélkül tért vissza; ahogy mondják, inkább akarta egy időre elengedni az igen szilárd falakkal erődített ellenfelet, mint veszedelmes harccal veszteségeknek kitenni katonáit. A tartomány nagy részét azért fosztogatva és gyújtogatva feldúlta a sereg, és nem kis ellenséges erőt is megsemmisített, mikor a király táborát megtámadták, ám

13 Július 8.

14 Würzburgi püspök 842-855.

Mense vero Octobrio XVI. Kal. Novembr. per totam noctem igniculi instar spiculorum occidentem versus per aerem densissime ferebantur.

Hlutharius imperator renuntians omnibus, quae habuit, Prumiense monasterium ingressus effectusque ibi monachus III. Kal. Octobr. mortalem hominem exuit et ad vitam perrexit aeternam. Principes autem et optimates regni filium eius Hlutharium super se regnare cupientes ad Hludowicum regem orientalium Francorum, patruum eius, in Franconofurt eum adducentes cum consensu et favore illius sibi regnare consentiunt.[3]

DCCCVI.

Mense Februario, IIII. die mensis eiusdem, defunctus est Hrabanus archiepiscopus Mogontiacensis aecclesiae;[4] cui successit Karlus, magis ex voluntate regis et consiliariorum eius, quam ex consensu et electione cleri et populi. Decessit autem et Hatto abbas Fuldensis coenobii II. Idus Aprilis; in cuius locum per electionem fratrum et auctoritatem regiam ordinatus est Thioto, unus ex ipsis monachis.

Mense vero Augusto Hludowicus rex collecto exercitu per Sorabos iter faciens ducibusque eorum sibi coniunctis Dalmatas

3 In margine **codicis 1**: „Samuhel Wangionum episcopus obiit."

4 **Codices 2 et 3** addunt: „habens in episcopatu annos VIIII, mensem unum et dies quattuor."

nem büntetlenül: mert a király hazatérte után Rastiz övéivel követve őt, a Dunán túl lakók igen sok települését fosztogatva feldúlta.

Október hónapban pedig, 17-én, nyugat felé egész éjjel igen sűrűn nyílhegyszerű lángok szálltak az égen.

Lothár császár, lemondva mindenéről, amit birtokolt, belépett a prümi kolostorba, s ott szerzetesnek állva szeptember 29-én levetette a halandó embert és az örök életbe lépett. A főemberek pedig és az ország előkelői azt kívánva, hogy fia, Lothár uralkodjon felettük, Frankfurtba vezették, Lajoshoz, a keleti frankok királyához, apai nagybátyjához; az ő egyetértésével és pártfogásával egyetértenek abban, hogy ő uralkodjon felettük.[15]

856.

Február hónapban, ugyane hó negyedik napján meghalt Hrabanus, a mainzi egyház érseke;[16] őt Károly követte, inkább a király és tanácsosai akaratából, mint a klérus és a nép egyetértéséből és választásából. Április 12-én meghalt Hatto, a fuldai monostor apátja is; az ő helyére a szerzetesek választása és királyi tekintély révén a szerzetesek egyike, Thioto került.

Augusztus hónapban pedig Lajos király sereget gyűjtve a szorbok földjén átvonulva és az ő vezéreiket is magához véve csatában legyőzi a daleminzeket, és túszokat kapva adófizetőkké

15 Az 1. kódex margóján: „Samuel, a wormsiak püspöke meghalt."

16 A 2., 3c, d és e kódexek hozzáteszik: „Püspökként 9 évet, egy hónapot és négy napot eltöltve."

proelio superat acceptisque obsidibus tributarios fecit; inde per Boemanos transiens nonnullos ex eorum ducibus in deditionem accepit. In qua expeditione perierunt comites Bardo et Erpf cum aliis quam pluribus.

DCCCLVII.

Rex Hludowicus mense Februario colloquium habuit in Confluente castello cum Hluthario nepote suo; tempore vero quadragesimae placitum habuit apud Wangionum civitatem.

Roric Nordmannus, qui praeerat Dorestado, cum consensu domini sui Hlutharii regis classem duxit in fines Danorum et consentiente Horico Danorum rege partem regni, quae est inter mare et Egidoram, cum sociis suis possedit.

Otgarius episcopus et Hruodoltus comes palatii et Ernustus filius Ernusti ducis cum hominibus suis in Boemanos missi civitatem Wiztrachi ducis ab annis multis rebellem occupaverunt, expulso ab ea Sclavitago filio Wiztrachi, qui tyrannidem tunc in ea exercebat. Quo per fugam lapso et ad Rastizen se conferente frater eius, qui ab eo patria pulsus apud Zistiboron Sorabum exulabat, ad regem fideliter veniens loco fratris dux constituitur.

Habita est autem et synodus apud Mogontiacum circa Kalendas Octobris praesidente Karlo archiepiscopo; ubi inter alia, quae

tette őket. Innen a cseheken átvonulva elfogadta jó néhány vezérük megadását. Ebben a vállalkozásban vesztek oda Bardo és Erpf grófok és sokan mások is.

857.

Lajos király február hónapban megbeszélést tartott Koblenz várában Lothár unokaöccsével; nagyböjt idején pedig gyűlést tartott Worms városánál.

A normann Roric, aki Dorestad ura volt, ura, Lothár beleegyezésével hajóhadat vezetett a dán végekre, és Horic dán király beleegyezésével az ország egy részét (amely a tenger és Eider közt van) szövetségeseivel elfoglalta.

Otgar püspök[17] és Hruodolt palotagróf és Ernest, Ernest herceg fia a csehek ellen küldve embereikkel elfoglalták Wiztrach vezér sok év óta ellenálló városát, kiűzve abból Sclavitagot, Wiztrach fiát, aki akkoriban azt bitorolta. Miután ő megbukott és fivéréhez, Rastizhoz menekült, akit elűzött hazájából, s így a szorb Zistibornál élt száműzetésben, a király hűségére térve, fivére helyett nevezték ki hercegnek.

Mainzban pedig Károly érsek elnöklése alatt zsinatot tartottak október elseje körül; itt egyéb megtárgyalt egyházjogi kérdések

17 Eichstatt püspöke 847 előttől kb. 880-ig.

ventilata sunt de iure ecclesiastico, praesentata est epistola Guntharii Colonensis episcopi, ad Altfridum episcopum directa, in qua legebatur contigisse Coloniae XVII. Kal. Octobr. terribilem valde tempestatem, populo cuncto prae nimio horrore in basilicam sancti Petri confugiente et signis aecclesiae concrepantibus unanimiter Dei misericordiam implorante, subito fulmen inorme ignei draconis instar basilicam scidisse ac penetrasse atque ex omni illa multitudine tres homines diversis quidem locis, sed uno ictu in mortem deiecisse, presbyterum scilicet iuxta altare sancti Petri, diaconum vero ad altare sancti Dionisii, laicum autem ad altare sanctae Mariae; alios etiam numero sex eodem impetu ita prostravisse ut elati semivivi vix convalescerent. Feruntur et alia prodigia his temporibus Treveri contigisse, quae ideo scribere distuli, quia de eis certum nuntium non habui.

DCCCLVIII.

Kalendis Ianuariis terrae motus magnus factus est per civitates et regiones diversas, maximus tamen apud Mogontiacum, ubi maceriae antiquae scissae sunt et aecclesia sancti Albani martyris ita concussa est, ut murus de fastigio cadens oratiorum sancti Michaelis ad occidentem basilicae bicameratum cum tecto et laquearibus ruina sua confringens terrae coaequaret.

között bemutatták Günther kölni püspök[18] Altfrid püspöknek[19] címzett levelét, melyben az olvasható, hogy szeptember 15-én rettentő vihar volt Kölnben, és mikor az egész nép nagy félelmében a Szent Péter-székesegyházba menekült, s félreverve a templom harangjait, egy lélekkel esedeztek Isten irgalmáért, hirtelen, tűzsárkány módjára, roppant villám hasított a templomba és hatolt belülre, és az egész tömegből egyetlen csapással halálra sújtott három, különböző helyen álló embert, tudniillik egy papot a Szent Péter-oltár mellett, egy diakónust pedig a Szent Dénes-oltárnál, végül egy laikust a Szűz Mária-oltár előtt. Ugyanazzal a csapással másokat is, szám szerint hat embert, úgy lesújtott, hogy félholtan vitték ki őket, és épp hogy csak felépültek. Állítólag más baljóslatú jelek is történtek ezekben az időkben Trierben; ezek megírásától azért tartózkodtam, mert nem volt biztos értesülésem róluk.

858.

Január elsején nagy földrengés volt különböző városokban és vidékeken, a legnagyobb azonban Mainzban, ahol a régi falak megrepedtek, és Szent Albanus vértanú temploma úgy megrendült, hogy a csúcsáról lezuhanó faldarab estében a székesegyház nyugati oldalán levő, kéthelyiséges Szent Mihály-kápolnát tetejével és gerendáival együtt összezúzva a földdel tette egyenlővé.

18 Érsek.

19 Hildesheimben.

Mense autem Februario rex cum quibusdam consiliariis suis in Forahheim colloquium habuit; inde condicto placito et designatis ad hoc specialiter comitibus in villa Alamanniae, quae vocatur Ulma, Notingum episcopum et Eburhardum comitem, missos nepotis sui Hludowici, suscepit et audivit; post mediam vero quadragesimam venit in Franconofurt et ibi pascha celebravit. Interea missi, quos ad Hlutharium nepotem suum directos habuit, veniunt eumque iuxta condictum in Confluente castello regi occursurum esse nuntiant. Rege autem promissionibus eius credente et ante dies letaniarum ad condictum diem et locum veniente Hlutharius promissa mentitus neque ipse venit neque de suis aliquem mittere voluit; foedus enim cum Karlo contra regem iniit, quod uterque eorum iuramento firmavit. Qui, cum se vidisset inlusum esse, reversus in Franconofurt, cum multa de utilitate regni cum suis tractaret atque disponeret, tum etiam decrevit tres exercitus in diversos regni sui terminos esse mittendos: unum quidem per Karlmannum filium suum seniorem in Sclavos Margenses contra Rastizen, alterum vero per Hludowicum filium suum minorem in Obodritos et Linones, tercium autem per Thachulfum in Sorabos dicto oboedire nolentes, ut sedatis extrinsecus adversariorum tumultibus facilius intrinsecus regni gubernacula disponeret.

Mense autem Iulio collectis et ordinatis exercitibus ireque profectis repente die media subiit regem curarum maxima moles.

Február hónapban pedig a király Forchheimben megbeszélést tartott egynémely tanácsosaival; ezen döntést hozva és kifejezetten erre kijelölve főembereket, Alamannia egyik városában, melyet Ulmnak hívnak, fogadta és meghallgatta unokaöccse, Lajos küldötteit, Noting püspököt és Eberhard grófot. Böjtközép után pedig Frankfurtba ment és ott ünnepelte meg a húsvétot. Eközben követei, akiket Lothárhoz, unokaöccséhez küldött, megérkeznek, és hírül hozzák, hogy a megállapodás szerint Koblenz várában találkozik majd a királlyal. A király pedig, mivel hitt az ő ígéreteinek, a keresztjáró napok előtt megérkezett a megbeszélt napon és helyre, míg Lothár ígéreteit megszegve sem maga nem ment el, sem övéi közül nem akart küldeni senkit. Szövetségre lépett ugyanis Károllyal a király ellen, amelyet mindketten esküvel erősítettek meg. Ő pedig, mikor látta, hogy becsapták, miután Frankfurtba visszatérve sok mindent megtárgyalt és elrendezett az ország hasznára, arról is határozott, hogy országa különböző határaira három sereget küld ki: mégpedig egyet idősebb fia, Carlomann vezetésével a morávia szlávokhoz Rastiz ellen, a másikat kisebbik fia, Lajos vezetésével az abodriták és linónok ellen, a harmadikat pedig Thachulf vezetésével a parancsnak engedelmeskedni nem akaró szorbok ellen, hogy lenyugtatva a külső ellenségek forrongásait, könnyebben láthassa el az ország belső kormányzását.

Július hónapban pedig összegyűjtve és rendezve, majd útrakész állapotba hozva a seregeket, a hónap középső napján[20] hirte-

20 *die media,* azaz július 16-án; az 1. és 2. kódexben hiányzik.

Legati enim ab occidente venerunt Adalhartus abbas et Oto comes postulantes eum, ut populo periclitanti et in angustia posito praesentia sua subveniret; quod nisi celeriter fieret et ex parte eius spe liberationis privarentur, a paganis cum periculo christianitatis quaerere deberent defensionem, quam a legitimis et orthodoxis dominis invenire non possent. Tyrannidem enim Karli se diutius ferre non posse testati sunt, quia, quod ex eis pagani extrinsecus nemine resistente aut scutum opponente praedando, captivando, occidendo atque vendendo reliquissent, ille intrinsecus subdole saeviendo disperderet; nec quemquam esse in omni populo, qui iam promissionibus aut iuramentis eius fidem adhibere praesumeret, cunctis de bonitate illius in desperationem cadentibus. Quibus auditis rex graviter conturbatus est; duplici enim premebatur angustia, quoniam, si populi votis adquiesceret, contra fratrem, quod impium esset, agere deberet; si autem fratri parceret, a periclitantis populi liberatione, quod aeque impium esset, cessare deberet. Ad hoc accessit etiam non modicus angustiarum cumulus, vulgi videlicet aestimatio suspicantis totum, quod actum fuerit in huiusmodi negotio, non voto fieri populo consulentis, sed sola intentione regnum dilatare cupientis; quod longe aliter esse, quam se vulgi fert opinio, cuncti consiliorum regis conscii veraci sermone testantur.

len gondok roppant tömege zúdult a királyra. Nyugatról megérkeztek ugyanis a követek, Adalhart apát és Ottó gróf,[21] sürgetve őt, hogy a veszélybe és szorult helyzetbe került nép segítségére siessen személyes jelenlétével, mert ha ezt nem teszi meg gyorsan, és elesnek a reménytől, hogy az ő részéről jön a szabadulás, akkor kereszténységük veszedelmére a pogányoknál kell keresniük azt a védelmet, amelyet törvényes és igazhitű uraiknál nem találhatnak meg. Kijelentették ugyanis, hogy nem tudják tovább elviselni Károly zsarnoki trónbitorlását, mert akit meghagytak közülük a kívülről támadó pogányok (akikkel senki sem szállt szembe és emelte fel pajzsát, amikor fosztogatták, fogságba vetették, megölték és eladták őket), azt most ő álnokul, belülről veszejti el tombolásával. S nincs már senki az egész népből, aki hitelt akarna adni ígéreteinek vagy esküjeinek, mivel mindenki leszámolt már jóhiszeműségével. Ezek hallatán a király keserves bizonytalanságban vergődött: kétszeresen szorongatta a helyzet, ugyanis ha a nép kérésének ad helyt, fivére ellen kellene fellépnie, ami istentelen dolog lenne; ha pedig fivérét kímélné meg, a veszélyben forgó nép megszabadításáról mondana le, ami ugyanúgy istentelen dolog lenne. Ehhez járult még a gondok nem csekély halma, tudniillik a gyanakvó köznép feltételezése, hogy mindent, ami történt ebben az ügyben, azt nem a köznép kérésével törődve, hanem csak birodalmát kiterjeszteni kívánva tette. Hogy ez távolról sem úgy van, mint ahogy a köznép vélekedése tartja, igaz beszéddel tanúsítja a király tervei-

21 Saint Bertin-i apát, ill. Troyes grófja.

In tali igitur curarum molestia positus tandem consilio sapientium adquiescens, simul et conscientiae suae puritate praeditus, maluit multorum utilitatibus consulere quam unius hominis pertinaciae consentire; precibusque legatorum favens votis populi praesentiam eius desiderantis cum Dei adiutorio se adfuturum fore promisit.

Mediante autem mense Augusto Wangioni collecto comitatu per Alisatiam profectus venit in Galliam ad villam regiam in regno Karli, quae vocatur Ponticona; ubi occurrerunt ei fere omnes primates partium illarum, exceptis eis, quos tunc Karlus secum in praesidio habuit, pugnans contra Nordmannos super Ligurem fluvium. Qui, ut audivit Hludowicum esse infra terminos regni sui, dimissa obsidione cum exercitu occurrit ei in loco, qui vocatur Briacus; visaque multitudine orientalium simul et eorum, qui ex suis contra tyrannidem eius coniuraverant, cum se virtute cerneret imparem nec posse sine grandi periculo suorum cum fratris copiis in acie congredi, disposito tamen et quasi ad pugnandum milite ordinato ipse quidem cum paucis latenter abscessit, exercitus vero in loco certaminis derelictus cognito ducis abscessu ad Hludowicum transivit. Ille vero sedato impetu populi Karlum persequi cupientis ad disponenda regni negotia quasi libera utens potestate diligentiam curamque convertit.

nek minden ismerője. Ilyen nyomasztó gondok közé kerülve tehát végül belenyugodott bölcsei tanácsába, s egyben lelkiismeretének tisztaságáról meggyőződve inkább sokak hasznát akarta szem előtt tartani, mint egyetlen ember makacsságának cinkosa lenni: és a küldöttek kérésének kedvezve megígérte, hogy Isten segítségével teljesíti a jelenlétét áhító nép kívánságát, és el fog menni hozzájuk.

Augusztus hónap közepén pedig kíséretét Wormsban összegyűjtve Elzászon át Galliába ment egy királyi birtokra Károly országában, melyet Ponthionnak hívnak[22], ahol felkereste őt azoknak a részeknek szinte az összes főembere, kivéve azokat, akiket akkor Károly, a Loire folyó felett harcolva a normannokkal, segítségül magával vitt. Ő, ahogy meghallotta, hogy Lajos országa határain belül van, az ostrommal felhagyva seregével elébe ment azon a helyen, melyet Briennének[23] hívnak; s látva, milyen sokan vannak a keletiek és azok, akik övéi közül összeesküdtek bitorlása ellen, mivel úgy ítélte meg, hogy katonai ereje nem ér fel ezzel, és övéi súlyos veszélyeztetése nélkül csatában nem ütközhet meg fivére csapataival, katonaságát mégis felállította és mintha csatára készülne, felsorakoztatta; maga azonban kevés emberével titokban eltávozott. A csata helyén hátrahagyott sereg pedig, tudomást szerezve vezére távozásáról, átállt Lajoshoz. Ő pedig, megfékezve a Károlyt üldözni vágyó köznép lendületét, élve korlátozás nélküli hatalmával, az ország ügyeinek elrendezésére fordította figyelmét és gondját. Először is, túlontúl óvat-

22 Ma is.

23 Vagy a megyére utal, vagy a mai Brienne-le-Château-ra.

Et primum quidem nimis incauta ductus securitate omne robur totius exercitus, quem ab oriente secum adduxerat, remisit in patriam, frustra in desertores et proprii domini proditores spei suae fiduciam ponens. Quorum etiam consilio ibi decrevit hiemare, ignarus per omnia imminentis sibi periculi, quod ei parabatur ex parte Karli, cuius animum ad ultionem iniuriarum suarum erexerant filii Cuonrati comitis, Hludowicum securum et paucos esse, qui cum eo ex suis remanserint, indicantes; quos ille quidem quasi sibi fideles ad explorandos sibique renuntiandos actus Karli transmiserat; illi vero fidem mentiti et Karlo coniuncti, quomodo Hludowicus ex inproviso cum multitudine exercitus obrueretur, tota intentione moliebantur. Interea nuntiatum est ei in oriente rempublicam Sorabici limitis esse turbatam, eo quod Sorabi duce eius Zistiboro nomine sibi fidelissimo insidiose perempto defectionem meditarentur. Ac per hoc ille quidem ad conprimendam seditionem exortam in regnum suum, quanta potuit celeritate, regressus est. Karlus vero post discessum eius sedem regni sui nullo adversante sine difficultate recepit.

Villa quaedam haud procul ab urbe Pinguia sita est, Caput-montium vocata, eo quod ibi montes per alveum Rheni fluminis tendentes initium habeant, quam vulgus corrupte Capmunti nominare solet; ubi malignus spiritus evidens nequitiae suae ostendit indicium. Nam primum quidem lapides iaciendo et parietes domorum quasi malleo pulsando hominibus loci illius infestus efficitur; deinde vero manifeste loqui et furtim sublata quibusdam prodere, post haec discordias inter habitatores eiusdem loci seminare; denique omnium animos contra unum

lan biztonságérzettől vezetve, a sereg egészének minden haderejét, melyet keletről hozott magával, visszaküldte hazájába, hiábavalóan helyezve reményeiben való bizalmát a dezertőrökbe és saját uruk árulóiba. Ezek tanácsára még úgy is döntött, hogy ott telel át, nem tudva, hogy mindenfelől veszély fenyegeti Károly részéről, akinek sérelmei miatti bosszúvágyát felszították Konrád gróf fiai, jelezve neki: Lajos gyanútlan, és kevés embere maradt mellette. Lajos ezeket mint hozzá hű embereit küldte át, hogy kikémleljék és jelentsék neki Károly tevékenységét; ők azonban hitszegő módon átálltak Károlyhoz, és minden igyekezetükkel azon mesterkedtek, hogy Lajost váratlanul és nagy sereggel lerohanják. Közben hírül vitték neki, hogy keleten zavar támadt az ország szorb határán azért, mert a szorbok cselszövéssel elveszejtve a hozzá igen hűséges Zistibor nevű főemberét, az elszakadást fontolgatták. Ezért volt hát, hogy a keletkezőben levő lázongás elfojtására visszatért országba, amilyen gyorsan csak tudott. Károly pedig távozása után országának székhelyét ellenlábas hiányában minden nehézség nélkül visszafoglalta.

Nem messze Bingen városától terül el egy Caput montium-nak[24] hívott település (azért, mert a Rajna folyó medre mentén húzódó hegyek ott kezdődnek), melyet a köznép hibásan Capmuntinak szokott hívni; itt egy gonosz lélek látványos jelét adta kártékonyságának. Ugyanis először köveket dobál és mintha kalapáccsal ütögetné a házfalakat, így zaklatva a helyieket; azután pedig nyíltan megszólal, és titokban ellopott dolgokat árul el egyeseknek; ezek

24 „Hegyek forrása"; Kempten.

hominem concitavit, quasi peccatis illius exigentibus ceteri talia paterentur: et ut maius odium adversus eum excitaret, in quamcumque domum idem homo intravit, statim malignus spiritus illam exussit. Igitur ex necessitate coactus cum uxore et filiis foris mansit in agris, omnibus propinquis suis sub tectum suum illum suscipere timentibus. Sed nec ibi tutus fuisse permissus est; nam cum universas fruges suas congregasset et in acervos collegisset, spiritus nequam ex inproviso veniens cunctas incendit. Ut autem animos vicinorum illum interficere cupientium placare potuisset, idem ipse ferro fervente de omnibus, quae ei obiciebantur, criminibus se ostendit immunem. Missi sunt itaque ab urbe Mogontiaca presbyteri atque diacones cum reliquiis et crucibus, qui malignum spiritum ab eo loco expellerent. Sed illis in quadam domo, ubi maxime saeviebat, letanias agentibus et aquam benedictam spargentibus antiquus hostis nonnullos ex eadem villa illuc convenientes iactando lapides cruentavit; tamen modicum temporis a sua infestatione quievit. Postquam vero inde discesserunt, qui missi fuerant, idem hostis multis audientibus lugubres edidit sermones; nam presbyterum quendam nominatim exprimens se sub cappa illius stetisse professus est ea hora, quando aqua benedicta aspergebatur in domo. Quibus se prae timore signantibus idem hostis de eodem presbytero: „Meus", inquit, „proprius est servus; a quo enim quis superatur, huius et servus est; quia nuper me suadente cum filia procuratoris istius villae concubuit." Quod factum nullus mortalium antea sciebat exceptis his, qui hoc crimen perpetraverant. Patet ergo, quia iuxta veritatis sententiam nihil opertum est, quod non reveletur. His et huiusmodi malis apostata

után e hely lakói közt viszálykodásokat hint el, végül mindenki rosszindulatát egyetlen ember ellen korbácsolja fel, mintha az ő bűnei következményeképp történnének ilyenek a többiekkel. És hogy mind nagyobb gyűlöletet keltsen vele szemben, bármelyik házba lépett is be ez az ember, a gonosz lélek tüstént felgyújtotta azt. Így hát a szükségtől kényszerítve feleségével és fiaival kint maradt a földeken, mivel minden rokona félt házába fogadni őt. Ám még ott sem engedte meg neki, hogy biztonságban legyen: miután ugyanis minden terményét betakarította és kazlakba rakta, a gonosz lélek váratlanul odajőve mindet felgyújtja. És hogy lecsillapíthassa szomszédait, akik meg szerették volna ölni őt, az ember tüzes vassal bizonyította, hogy ártatlan mindazokban a vétkekben, amikkel vádolják. Így hát ereklyékkel és keresztekkel papokat és diakónusokat küldtek Mainz városából, hogy űzzék ki arról a helyről a gonosz lelket. Ám mikor ők az egyik házban, melyben leginkább tombolt a gonosz, litániákat mondtak és szenteltvizet hintettek, az ősi ellenség a faluból odagyűltek közül többeket kővel dobálva megsebesített – de egy kis időre mégis felhagyott támadásaival. Miután pedig eltávoztak innen az ide küldöttek, ugyanez az ellenség sokak füle hallatára baljóslatú beszédeket mondott: mert név szerint azonosítva egy papot, kijelentette, hogy ő maga állt annak kámzsájában abban az órában, amikor szenteltvizet hintettek a házban. Mikor az ott állók félelmükben keresztet vetettek, az ellenség ezt mondta ugyanerről a papról: „Ő az én szolgám; mert ha valaki legyőz valakit, a szolgájává is teszi azt. Ezért feküdt le nemrég az én sugallatomra e falu intézőjének lányával." Erről a tettről senki halandó nem tudott azelőtt, kivéve azokat, akik elkövették a bűnt. Nyilván-

spiritus in loco supra dicto per tria annorum curricula infestus non ante cessavit, donec universa pene aedificia ibidem succendendo consumeret.

DCCCLVIIII.

Hludowicus rex quasi inchoante verni tempore de Galliis rediens Wormatiam venit. Cum frequentibus legatorum suorum discursibus fratris ac nepotis sui sibi animos reconciliare studeret eorumque responsa per internuntios reciproca relatione susciperet, tandem condicto tempore singuli cum aequo numero principum suorum ex adversa parte nominatim expressorum, iuxta Anternacum castellum in quadam insula Rheni fluminis navigio vecti convenerunt, reliquo singulorum comitatu super litus ex utraque parte fluminis consistente. Ubi cum diu varia et anceps actarum simul et agendarum rerum agitata esset disputatio, condicto placito autumni tempore iuxta Basalam communiter habendo singuli cum suis ad propria reversi sunt. Hludowicus tamen eis, qui superiore anno a Karlo deficientes sui effecti sunt, honores, quos prius habuerant, impetrare non potuit; dilata enim res est in futuro placito finienda.

Interea vero cum suis habita locutione Thiotonem Fuldensis coenobii abbatem ad Hludowicum imperatorem Italiae, nepotem suum, et ad Nicolaum apostolicum apologetica intentione

való tehát, hogy az Igazság szava szerint „semmi rejtett nincs, amit föl ne fednének”.[25] Ezekkel és hasonlókkal zaklatva a hitehagyott lélek a fent mondott helyen három év lefolyásán át nem távozott el addig, míg gyújtogatva szinte minden épületet elemésztett ott.

859.

Lajos király úgy tavaszidő elején Galliából visszatérve Wormsba érkezett. Gyakori követküldéssel igyekezett fivére és unokaöccse jóindulatát visszaszerezni, válaszaikat pedig futárok útján viszontválaszokkal fogadta, s végül egy megbeszélt időpontban mindannyian főembereik azonos számú, a másik fél által név szerint megjelölt csoportjával Andernach vára mellett, a Rajna egyik szigetére hajózva találkoztak, míg kíséreteik maradéka a folyó két partja mentén maradt. Miután itt sokáig változatos és bizonytalan eredményű tárgyalásokat folytattak a már elvégzett és szintúgy a még végzendő dolgokról, közösen úgy döntöttek, hogy ősz idején Bázel mellett találkoznak, és mindannyian hazatértek övéikkel. Ám Lajos nem tudta visszaszerezni az előző évben Károlytól hozzá pártolt embereinek korábbi tisztségeiket; ezt az ügyet a jövőbeni tanácskozás döntéséig elhalasztották.

Közben azonban, embereivel megbeszélve ezt, Thiotót, a fuldai kolostor apátját unokaöccséhez, Lajoshoz, Itália császárához és Miklós apostolutódhoz küldte Rómába, azzal a szándékkal,

25 Mt 10,26.

Romam misit, responsa eorum, si esset possibile, ad condictum regale placitum perlaturum. A quibus honorifice susceptus, cum de gestis praeteriti anni regem per omnia rationabiliter excusaret infamiae, apostolica fultus epistola rediens iuxta lacum Brigantium ad regem venit de loco praedicti placiti iam tunc reversum, quia ad condictum diem vel locum placiti neuter sibi regum occurrerat. Qui cum de legatione sua regi per omnia satisfecisset, accepta licentia ad proprium rediit monasterium.

Urbs Mogontia cum locis sibi contiguis per totum anni circulum inmani terrae motu vexatur. Probus presbyter religiosus, cuius casta conversatio et doctrinae sanctae studium Mogontinam illustravit aecclesiam, VII. Kal. Iulii diem obiit; sed quoniam per omnia longum est texere, qualiter in supradicta aecclesia sine fastidio die noctuque fructuoso labore desudaverit vel quomodo omnibus omnia factus fuerit, ut cunctos lucrifaceret Christo, saltem aliqua virtutum illius duobus versiculis non pigeat memoriae commendare, ut ex his caetera illi divinitus collata facilius valeant intellegi:

Quam prudens, humilis, patiens castusque fuisset,
Littera vel lingua nulla referre potest.

hogy tetteit kimentse, és ha lehetséges, meghozza válaszaikat a megbeszélt királyi találkozóra. Mindketten tisztelettel fogadták, s miután az előző évben történtekkel kapcsolatban a királyt minden tekintetben elfogadhatóan tisztázta, a pápa levelével térve vissza, a Bodeni-tó mellé a királyhoz ment; ő akkor már visszaért az említett tanácskozás helyszínéről, mivel a tanácskozás megbeszélt napján és helyén egyik király sem jelent meg. Miután Thioto mindenben eleget tett a király megbízásának, engedélyt kapva visszatért saját kolostorába.

Mainz városát a vele szomszédos területekkel együtt az év egész leforgása alatt roppant földrengések sújtották. Június 25-én meghalt Probus, a szent életű pap, aki tiszta élete és a szent hit tanulmányozása révén dicsőséget szerzett a mainzi egyháznak. S mivel mindenre kiterjedően hosszú lenne elbeszélni, hogy a fent említett egyházban milyen lankadatlanul, éjjel-nappal gyümölcsöző munkával fáradozott, vagy hogyan lett mindenkinek mindene, hogy mindenkit megnyerjen Krisztusnak,[26] ne legyen terhes legalább két verssort emlékének ajánlani, hogy ebből könnyebben megérthessük a többi, Istentől kapott ajándékait:

Hogy mily alázatos és bölcs, tűrő s tiszta e férfi!
Írás sem, sem nyelv vissza nem adhat ilyet.[27]

26 1Kor 9, 22.

27 Fehér Bence fordítása. Prózában: „Hogy mennyire okos, alázatos, türelmes és tiszta volt / írással vagy szóval nem lehet visszaadni azt."

DCCCLX.

Hibernum tempus asperum nimis et solito prolixius erat frugibusque et arborum proventibus pernoxium; nix quoque sanguinulenta in plerisque locis cecidisse reperta est. Mare etiam Ionium glaciali rigore ita constrictum est, ut mercatores, qui numquam antea nisi vecti navigio, tunc in equis quoque et carpentis mercimonia ferentes Venetiam frequentarent. Hludowicus rex et Karlus frater eius neposque eorum Hlutharius cum primatibus suis in Confluente castello convenientes pacem inter se et fidelitatem mutuam singuli iuramento firmaverunt, cuius sacramenti series huiusmodi fuit:

„A modo et quamdiu vixero, istum fratrem meum Karlum et nepotes meos Hludowicum et Hlutharium atque Karlum ad Dei voluntatem et sanctae aecclesiae statum et honorem atque defensionem et ad nostram communem salutem et honorem et ad populi christiani nobis commissi salvamentum et pacem et ad legis ac iusticiae atque rectae rationis conservationem, quantum mihi Deus scire et posse donaverit et ipsi me obaudierint et a me ipsi quaesierint, vero consilio et secundum quod mihi rationabiliter et salubriter possibile fuerit, sincero auxilio adiutor ero ad regnum illorum continendum et nec in vita nec in membris neque in regno illorum eos forconsiliabo, in hoc, ut ipsi erga me similem promissionem faciant et conservent."

860.

A tél időjárása igen kemény és a szokottnál hosszabbra nyúló volt, ami igen káros volt a terményeknek és a gyümölcsfáknak; több helyen vérvörös hó is esett. A Jón-tenger[28] is annyira beállt a jéghidegben, hogy a kereskedők, akik azelőtt csak hajóval jártak rajta, akkor lóval és szekérrel közlekedve vitték áruikat Velencébe. Lajos király és fivére, Károly, illetve unokaöccsük, Lothár főembereikkel Koblenz várában találkozva[29] külön-külön esküvel erősítették meg a köztük fennálló békét és kölcsönös hűséget; a fogadalom szövege a következő volt:

„Mostantól és ameddig csak élek, fivérem, Károly és unokaöcséim, Lajos és Lothár, illetve Károly segítője leszek igaz segítséggel, Isten akarata szerint, a szent Egyház állapotának és megbecsülésének fenntartására és közös üdvünkre, tiszteletünkre és a ránk bízott keresztény nép fenntartására és békéjére, a törvény, igazság és helyes mérték megőrzésére, amennyire csak Isten megadja nekem, hogy ezt felismerjem és megtegyem, és amennyire csak ők hallgatnak rám és maguk kérnek erre, igaz tanáccsal és aszerint, ahogy nekem ésszerűen és üdvösen lehetséges lesz, segítem őket országuk megtartásában, és sem életük, sem családtagjaik, sem uralmuk ellen nem szövetkezem, aszerint, ahogy maguk is irántam hasonló ígéretet tesznek és azt meg is tartják."

28 Azaz Adriai-tenger.

29 Június 5-én.

DCCCLXI.

Hludowicus rex conventum habuit in Reganesburg tercia septimana post sanctum pascha, in quo Ernustum, summatem inter omnes optimates suos, quasi infidelitatis reum publicis privavit honoribus. Utonem quoque et Berengarium fratrem eius atque Sigihartum comites Waldonemque abbatem cum aliis nonnullis quasi conplices infidelitatis eius similiter exauctoravit; e quibus Uto et Berengarius cum Waldone fratre suo in Gallias ad Karlum regem secesserunt, caeteris infra patriam in proprietate sua remanentibus.

Karlmannus quoque filiorum regis maximus res novas molitus est; expulit enim duces, quibus custodia commissa erat Pannonici limitis et Carantani, atque per suos marcam ordinavit. Quod regis animum rebellionem suspicantis non parum commovit.

DCCCLXII.

Karlmannus per sacramenta pacis et securitatis suae Reganesburgum venit et reddita ratione convicit adversarios patrique suo reconciliatur, iuramento firmans, ne contra eius iustam potestatem quicquam deinceps mente malitiosa machinaretur. Et Karlmannus quidem ad sua cum pace revertitur; rex vero Mogontiam profectus occurrentem sibi ad conloquium nepotem suum suscepit Hlutharium regem.

861.

Lajos király a szent húsvét utáni harmadik héten[30] gyűlést tartott Regensburgban, amelyen Ernestet, főemberei leghatalmasabbikát hűtlenség vádjával megfosztotta állami tisztségeitől. Szintén elvette másokkal együtt Uto és fivére, Berengár, valamint Sigihart[31] grófok rangját és Waldo apátét, mint akik tettestársak a hűtlenségben; közülük Uto és Berengár fivérükkel, Waldóval Galliába, Károlyhoz távoztak, míg a többiek hazájukban, birtokaikon maradtak.

Karlmann, a király legidősebb fia is hatalomátvételen ügyködött; elűzte ugyanis a hercegeket, akikre a pannoniai és karinthiai határok védelme lett bízva, és saját embereivel irányította a határőrvidéket. A királyt, aki lázadást gyanított, nem kevéssé dúlta fel ez.

862.

Karlmann, béke és szabad elvonulás esküje mellett, Regensburgba ment, és számot adva mindenről, meggyőzte ellenlábasait, illetve kibékült apjával, esküvel megerősítve, hogy jogos hatalma ellen ezentúl semmit sem mesterkedik már rossz szándékkal. Karlmann tehát békével hazatér; a király pedig Mainzba indulva fogadja megbeszélésre érkező unokaöccsét, Lothár királyt.

30 Április 20-27.

31 2. kódex: „Berengár, Sigihart és Gerolt".

Eodem quoque anno rex ducto in Obodritos exercitu ducem eorum Tabomuizlem rebellantem dicto oboedire et filium suum cum aliis obsidibus dare coegit.

DCCCLXIII.

Karlmannus filius regis, qui praelatus erat Carantanis, tam multis criminibus et tam magnis apud patrem absens accusatus est, ut merito reus maiestatis haberi debuisset, si ea, quae in eum dicta sunt, ab accusatoribus probari potuissent. Quod regis animum adeo commovit, ut per se ipsum coram frequentia populi sui protestatus sit, Karlmannum filium suum ab eo tempore et deinceps, donec ipse viveret et regnaret, sua voluntate publicis honoribus numquam esse potiturum. Quo audito Karlmannus ab itinere, quo ad palatium ire coeperat, perterritus in Carinthiam se recepit, ibi tutari apud suos, quos sibi fideles arbitratus est, volens, donec patris ira quiesceret et ipse per internuntios veraces sibi fallaciter obiecta purgaret. Interea rex collecto exercitu specie quidem quasi Rastizen Margensium Sclavorum ducem cum auxilio Bulgarorum ab oriente venientium, ut fama fuit, domaturus, re autem vera ad Carantanos filium expugnaturus accessit. Qui revera se ad id temporis defenderet, nisi proditione Gundachari comitis sui deciperetur incautus; qui totum pene robur exercitus secum habens quasi vada fluminis Swarzahae hostibus prohibiturus cum omnibus copiis transivit ad regem et praelatus est Carantanis, sicut ei prius occulte promissum est, si dominum suum fraude decepisset.

Szintén ebben az évben a király, miután az abodriták ellen vezette seregét, kényszerítette vezérüket, Tabomuizlit, hogy engedelmeskedjen parancsának, és fiát másokkal együtt túsznak adja.

863.

Karlmannt, a király fiát, aki Karinthia elöljárója volt, távollétében olyan sok és nagy bűnnel vádolták meg apja előtt, hogy méltán marasztalhatták volna el felségárulás bűnében, ha vádlói bizonyítani tudták volna, amiket ellene felhoztak. A királyt ez annyira felháborította, hogy magától és nagy tömeg előtt kijelentette: fia, Karlmann attól az időtől fogva és a későbbiekben, amíg csak ő él és uralkodik, az ő akaratából semmiféle köztisztséget nem viselhet. Ezt hallva Karlmann, aki a palotába indult, megijedt, és visszafordult Karintiába, azzal a szándékkal, hogy övéinél (akikről azt gondolta, hűségesek hozzá), biztonságba helyezi magát, amíg apja haragja lecsillapodik, maga pedig hiteles követek útján tisztázhatja magát a hamis vádak alól. Közben a király sereget gyűjtött, ugyan színleg mintha a keletről jött bolgárok segítségével a morávai szlávok vezérét, Rastizt készülne leverni, valójában azonban a karantánokhoz indult, hogy harcban legyőzze fiát. Ő pedig valóban megvédhette volna akkor még magát, ha óvatlanul nem esik áldozatául főembere, Gundachar árulásának; ő azonban a sereg szinte egész erejét magával víve, mintha a Schwarza[32] folyó

32 A 3. kódex csak „N”-t ír.

Et hic quidem praefecturae dignitatem hoc modo promeruit. Karlmannus vero per iuramenta principum venit ad patrem, de obiectis sibi criminibus securus, quia innocens erat; et testimonio conscientiae fretus laetum se per omnia exhibebat atque iocundum.

Ea tempestate Karlus archiepiscopus Mogontiacensis aecclesiae II. Non. Iunii defunctus est, et per totum deinceps annum vacavit episcopatus. In regno quoque Hlutharii pro eo, quod dimissa uxore legitima alteram duxit, synodus in Mettis collecta est omnium episcoporum eius praeter Hungarium Traiectensem, quem aegritudo detinuit; aderant et missi Nicolai pontificis Romani ob eandem causam diligenter investigandam directi. In qua negotio ventilato rex factum suum, propter quod arguebatur, consilio et auctoritate episcoporum suorum se fecisse testatus est. Quod illi non inficiantes quasdam assertiones rationum verisimilium, quibus gestae rei qualitatem munire nisi sunt, opposuerunt easque litteris conprehensas, ut legati apostolici suggesserunt, per Guntharium Agrippinae Coloniae et Theotgaudum Treverensem Galliae Belgicae archiepiscopos Nicolao apostolicae sedis pontifici probandas transmiserunt. Qui convocato Romanae urbis episcoporum concilio et Mettensem anathematizavit synodum et ad se missos episcopos deposuit et communione privavit: iuste quidem et canonice, ut scriptis suis ipse testatur; iniuste vero, sicut illi rescriptiset assertionibus firmare conantur.[5]

5 **Codices 1 et 2** omnia, quae superius sequuntur, omittunt usque ad finem anni huius, exhibentes tantum haec: „Scripturam autem utriusque partis quisquis

átkelőjét készülne megvédeni az ellenségtől, az összes csapattal átállt a királyhoz és a karantánok elöljárója lett, amint titokban ezt megígérték neki, ha urát csalárdul rászedi. Ő tehát a prefektusi méltóságot ily módon érdemelte ki; Karlmann pedig a főemberek esküjével elment apjához, nem törődve az ellene felhozott vádakkal, mivel ártatlan volt; és lelkiismeretének tanúságában bízva mindenben gondtalannak és vidámnak mutatkozott.

Ez idő tájt Károly, a mainzi egyház érseke június 4-én meghalt,[33] és ezután az egész éven át üresedésben volt a püspöki szék.

Lothár országában viszont, mivel törvényes feleségét[34] elbocsájtva másikat vett magához, Metzben zsinaton ült össze az összes püspök, kivéve az utrechti Hungariust, akit betegsége tartott távol. Jelen voltak Miklós római pápa küldöttei is, hogy ugyanezt az ügyet gondosan kivizsgálják. Mikor erre sor került, a király úgy nyilatkozott, hogy a tettet, amivel vádolják, püspökei tanácsára és tekintélyük hatására követte el. Ők ezt nem tagadva mindenféle valószerűnek ható okfejtésekkel hozakodtak elő, melyekkel a történtek milyenségét próbálták szépíteni; s ezeket, amint az apostoli követek javasolták, levélbe foglalva Günther kölni és Theotgaud trieri érsekekkel (Gallia Belgica érsekeivel) elküldték az apostoli székhez, Miklós pápának. Ő összehíva Róma város püspökeinek tanácsát, átok alá vetette a metzi zsinatot, illetve a hozzá küldött püspököket letette és megfosztotta az Egyházzal való közösségtől – jogosan és az egyház törvényével

33 Az 1. kódex a mondatot így fejezi be: „…a püspöki tisztségben november 30-án Liutbert követte őt."

34 Theotberga; az új feleség Waldrada lett.

Propterea partis utriusque scriptorum seriem his annalibus inserendam esse iudicavi, discernendam rei veritatem lectoris arbitrio derelinquens. Et haec quidem sunt apostolicae sedis decreta sinodalia:

Nicolaus servus servorum Dei reverentissimis et sanctissimis fratribus nostris, archiepiscopis in regno Hluduwici regis Germani constitutis. Scelus, quod Hlutharius rex, si tamen rex veraciter dici possit, qui nullo salubri regimine corporis appetitus refrenat, sed lubrica enervacione magis ipsius illicitis motibus cedit, in duabus feminis, Theutperga scilicet et Waltdruda, commisit, omnibus manifestum est. Sed et dudum episcopos Theutgaudum et Gundharium in tali facto eum habuisse tutores atque fautores pene totus nobis orbis undique ad limina seu sedem confluens apostolicam referebat, absentibus quoque id ipsum nostro scribentibus apostolatui. Quod nos tanto credere rennuimus, quanto de episcopis tale quid audire nullatenus sperabamus; donec ipsi Romam tempore concilii venientes coram nobis et sancta sinodo tales inventi sunt, quales fuerant a multis sepissime praedicati; ita ut scriptura, quam suis stipulaverant manibus quamque volebant,

curiosus scire voluerit, in nonnullis Germaniae locis poterit invenire."

összhangban, amint ő maga állítja; ám amint azok válaszaikban és érveléseikkel próbálják állítani, jogtalanul.[35] Ezenkívül úgy ítéltem jónak, hogy a mindkét fél által leírtakat is beillesszem ide az évkönyvekbe, az olvasó megítélésére bízva, hogy eldöntse, mi az igazság az ügyben. És ezek az apostoli szék zsinati határozatai:

„Miklós, Isten szolgáinak szolgája főtisztelendő és szentséges testvéreinknek, a Lajos germán király országába kinevezett püspököknek. A bűn, melyet Lothár király (ha ugyan valóban királynak lehet mondani azt, aki a test kívánságát semmilyen üdvös korlátozással nem fékezi, hanem inkább készséges erőtlenséggel enged tiltott vonzásainak) két nő, tudniillik Theutperga és Waltruda felé követett el, mindenki számára nyilvánvaló. Ám szinte az egész világ jelentette nekünk, apostoli küszöbünk avagy székünk elé odasietve, és akik messze voltak ehhez, azok is megírták ugyanazt apostoli hivatalunknak: hogy Theutgaud és Günther püspökök ebben a gaztettben pártfogóik és biztatóik voltak. Mi annyira vonakodtunk elhinni ezt, amennyire semmiképp sem feltételeztünk volna, hogy bármi ilyesmit hallhatunk püspökökről – egészen addig, amíg a zsinat idején maguk Rómába érkezve, a Mi és a zsinat színe előtt valóban olyannak bizonyultak, amilyennek sokan előre megmondták – s történt ez úgy, hogy az írás, melyet saját kezükkel hitelesítettek, s melyeket a mi aláírásunkkal is meg

35 Az 1-2. csoport kódexei a következő mondat helyett ezt hozzák: „Mindkét fél írásait, aki csak kíváncsi rájuk, több helyen fellelheti Germániában.". Ennek megfelelően a leveleket ezek a kódexek el is hagyják, rögtön a 864. évvel folytatva.

ut nostro roboraremus cyrographo, caperentur et, dum muscipulam innocentibus opponere satagerent, insidiis suis illaqueati sunt ipsi.

Sicque conpletum est Deo auctore, quod in Proverbiis legitur: Frustra iactatur ante oculos rete pennatorum. Siquidem ipsi obligati sunt et ceciderunt; nos vero, qui in hoc flagicium falso cecidisse dicebamur, favente Domino cum iusticiae propugnatoribus resurreximus et erecti sumus. Igitur decernente nobiscum sancta sinodo in praesentia depositi et ab offitio sacerdotali excommunicati atque a regimine episcopatus alienati indubitanter existunt. Unde vestra fraternitas canonum normam custodiens et decretorum sanctiones observans caveat, ne hos, quos nos abiecimus, recipere in sacerdotum catalogo praesumat. Deposicionis autem sententia, quam in praedictos Theutgaudum et Guntharium protulimus, cum ceteris capitulis, quae sancto concilio nobiscum sanciente promulgavimus, inferius annexa monstrabitur:

DE SINODO IN METTENSIUM URBE A THEUTGAUDO ET GUNTHARIO ARCHIEPISCOPIS CONGREGATA PENITUS ABOLENDA.

CAP. I.

Sinodum, quae nuper, id est sub piissimo imperatore Hludowico per indictionem undecimam mense Iunio, in Mettensium urbe ab episcopis, qui nostrum praevenerant iudicium, collecta est,

akartak erősíttetni, ejtette csapdába őket, és míg egérfogót igyekeztek az ártatlanok útjába állítani, maguk akadtak cselvetésük hurkába. Így Isten akaratából beteljesült, amit a Példabeszédekben olvashatunk: „Hiába vetik ki a hálót a szárnyasok szemei előtt."[36] S bizony maguk gabalyodtak bele és estek el; mi pedig, akikről hamisan mondogatták, hogy beleestünk ebbe a bűnbe, az Úr segítségével az igazság harcosaival együtt keltünk fel és emeltettünk fel. Így a velünk együtt ítélő szent Zsinat jelenlétében kétség nélkül le vannak téve, papi hivatalukból ki vannak közösítve és püspöki kormányzatukból ki vannak zárva. Emiatt a Ti testvériségetek az egyházjogot betartva és a zsinati határozatok szankcióit megtartva óvakodjon, nehogy esetleg visszavegye a papok névsorába azokat, akiket Mi elvetettünk. A letételt kimondó ítéletet pedig, melyet az említett Theutgauddal és Güntherrel szemben hoztunk, a többi ponttal együtt, melyeket a Velünk együtt törvénykező szent zsinattal együtt hirdettünk ki, alább csatolva mutatjuk be:

A METZ VÁROSÁBAN THEUTGAUD ÉS GÜNTHER ÉRSEKEK ÁLTAL ÖSSZEHÍVOTT ÉS TELJESSÉGGEL ÉRVÉNYTELEN ZSINATRÓL

1. fejezet

Azt a zsinatot, melyet nemrég, azaz a legkegyesebb Lajos császár alatt, a tizenegyedik indictióban, június hónapban Metz városában hívtak össze olyan püspökök, akik kijátszották határozatun-

36 Péld 1,17.

quique apostolicae sedis instituta temere violarunt, ex tunc et nunc et in aeternum iudicamus esse cassatam et cum Epheseno latrocinio reputatam apostolica auctoritate in perpetuum esse sancimus damnandam nec vocari sinodum, sed tamquam adulteris faventem prostibulum apellari decernimus.

DEPOSITIO THEUTGAUDI ET GUNTHARII ARCHIEPISCOPORUM.

CAP. II.

Theutgaudum Treverensem, primatem Belgicae provinciae, et Guntharium Agripinae Coloniae episcopos nunc coram nobis et sancta sinodo sub gestorum insinuatione, qualiter causam Hlotharii regis et duarum mulierum eius, Theutpergae scilicet et Waltdrudae, recognoverint et iudicaverint, scriptum super hoc propriis roboratum manibus offerentes nihilque se plus vel minus aut aliter egisse ore proprio multis coram positis affirmantes et sententiam, quam a sede apostolica in Ingildrudem uxorem Bosonis sanctissimus frater noster Mediolanensis archiepiscopus Tado et ceteri coepiscopi nostri petierant emittendam et nos divino succensi zelo sub anathematis obtestatione canonice protuleramus, publice viva voce se violasse confitentes, in quibus omnibus invenimus eos apostolicas atque canonicas sanctiones in pluribus excessisse et aequitatis normam nequiter temerasse, omni iudicamus

kat, s akik a Szentszék rendelkezéseit vakmerően megsértették, akkortól és most és mindörökké érvénytelennek nyilvánítjuk és apostoli tekintélyünkkel úgy rendelkezünk, hogy örök büntetésként az efezusi rablózsinattal[37] egy megítélés alá essék, zsinatnak se nevezzék, hanem úgy határoztunk, hogy mint a házasságtörőt rejtegető bordélyt emlegessék.

THEUTGAUD ÉS GÜNTHER ÉRSEKEK LETÉTELE

2. fejezet

A trieri Theutgaudot, a belga tartomány prímását és a kölni Günther püspököt, mivel a Mi és a szent Zsinat színe előtt ismertették tetteiket, miszerint Lothár király és két asszonya (úgymint Theutperga és Waltruda) ügyét megvizsgálták és megítélték; bemutatták továbbá az erről saját kezükkel megerősített iratot, valamint sokak színe előtt saját szájukkal is megerősítették, hogy ahhoz képest sem kevesebbet, sem többet, sem másképp nem cselekedtek; illetve nyilvánosan és élőszóban megvallották, hogy megszegték azt az ítéletet, melyet az Apostoli Szentszék Boso feleségével, Ingildruddal szemben hozott szentséges testvérünk, Tado milánói érsek és a többi püspökünk kérésére, s amit Mi Isten erre adott buzgalmától fűtve egyházjogilag, kiátkozás terhe mellett hoztunk meg: úgy találtuk, hogy ők mindezekben az apostoli és kánonjogi szankciókat több szempontból is áthágták és az igazságosság elvét galádul elhanyagolták, s ezért úgy ítélünk, hogy minden papi hi-

37 449.

sacerdocii officio permanere penitus alienos, Spiritus sancti iudicio et beati Petri per nos auctoritate omni episcopatus exutos regimine consistere diffinientes.
Quod si iuxta praecedentem consuetudinem tamquam episcopi ausi fuerint aliquid de sacro ministerio contingere, nullo modo liceat eis nec in alia sinodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis; sed et communicantes eis omnes abici de ecclesia, et maxime si, postea quam didicerint adversus memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare temptaverint.

DE CETERIS EPISCOPIS.
CAP. III.

Ceteri autem episcopi, qui complices horum, Theutgaudi scilicet et Gundharii, vel sectatores esse feruntur, si cum his coniuncti seditionem, coniurationes vel conspirationes fecerint, vel si a capite, id est a sede beati Petri, illis haerendo dissenserint, pari cum eis damnatione teneantur astricti. Quod si cum sede apostolica, unde eos principium episcopatus sumpsisse manifestum est, sapere de cetero per semet ipsos vel missis ad nos legatis cum scriptis suis professi extiterint, noverint sibi a nobis veniam non negandam nec amissionem honorum suorum pro retroactis praesumptionibus aut subscriptionibus, quas in profanis fecerunt gestis, per nos ullo modo formidandam.

vataluktól teljességgel távolíttassanak el, azt a végzést hozva, hogy a Szentlélek ítélete és Szent Péter általunk hordozott tekintélye révén minden püspöki kormányzati joguktól megfosztva legyenek. És ha az eddig megszokott módon mint püspökök merészelnének bármit is a szent szolgálattal kapcsolatban tenni, semmi módon ne legyen szabad nekik bármi reményt táplálni, hogy egyéb zsinaton visszahelyezzék őket vagy helye legyen elégtétel adásának, hanem mindenkit, aki közösködne velük, vessenek ki az Egyházból, és különösen akkor, ha az említettek ellen hozott ítélet ismeretében próbálnának vele közösködni.

A TÖBBI PÜSPÖKRŐL
3. fejezet

A többi püspököt pedig, akiket ezeknek, tudniillik Theutgaudnak és Günthernek társainak vagy követőinek tartanak, ha ezekkel szövetkezve lázadást, összeesküvéseket vagy konspirációt szerveznének, vagy ha a fővel, azaz Szent Péter Székével hozzájuk csatlakozva egyet nem értenének, velük egyforma büntetésben kell részesíteni. Ha pedig személyesen vagy Hozzánk levelükkel elküldött követek útján megígérik, hogy az Apostoli Székkel, ahonnan nyilvánvaló, hogy püspök voltuk kezdetét vette, a továbbiakban egyetértenek, tudják meg, hogy nem fogjuk megtagadni tőlük a bocsánatot, és attól sem kell semmi módon félniük, hogy múltbéli véleményükért vagy aláírásaikért, melyeket világi ügyekben nyilvánítottak, elvesztik tisztségeiket.

DE ENGILDRUDE.
CAP. IIII.

Ingildrudem filiam quondam Mactifredi comitis, quae Bosone proprio viro relicto ecce iam per septem circiter annos hac atque illac vagabunda discurrit, nuper cum fautoribus suis regulariter anathematizavimus, sed propter contumaces eam iterato anathematis duximus vinculis innodandam. Sit igitur a Patre et Filio et Spiritu sancto, uno et vero Deo, et ab omnibus sanctis patribus et ab universa sancta Dei catholica et apostolica ecclesia et a nobis penitus anathema cum omnibus complicibus, communicatoribus atque auxiliatoribus suis: ita ut, sicut iam decrevimus, si quis ei communicare vel favere in aliquo praesumpserit, si quidem clericus fuerit, in eodem vinculo constrictus officium clericatus amittat, monachi vero et laici, si inobedientes decreto praesenti fuerint, similiter anathematizentur. Sane si eadem mulier ad virum suum reversa fuerit vel apostolicam beati Petri sedem Romam properans accesserit, veniam ei post dignam satisfactionem procul dubio non negabimus. Verumtamen sub priori vinculo anathematis, quo illam prius et nunc obligavimus, interim constricta permaneat. Si quis autem eidem Ingildrudae apostolicam beati Petri sedem Romam spetialiter properanti vel occurrenti nescius communicaverit aut sciens opem in veniendo praestiterit, nullo pro hoc vinculo teneatur innexus.

ENGILDRUDRÓL
4. fejezet

Ingildrudot, a néhai Mactifred gróf lányát, aki elhagyva férjét, Bosót, íme, már körülbelül hét éve ide-oda bolyong, nemrég pártfogóival együtt szabályosan kiátkoztuk, ám makacssága miatt úgy döntöttünk, hogy ismét a kiátkozás bilincsével kell megkötözni. Legyen tehát minden bűntársával, vele közösséget vállalóval és segítőjével együtt teljesen elátkozva az Atyától, a Fiútól és a Szentlélektől, az egy és igaz Istentől és minden szent atyától és Isten egész katolikus és apostoli Anyaszentegyházától és Tőlünk is, úgy, hogy amint már elrendeltük, ha valaki vele közösködni vagy őt valamiben támogatni merészelne: ha klerikus lenne, ugyane béklyóval kötözve veszítse el klerikusi hivatalát, a szerzetesek pedig és laikusok, ha engedetlenné válnának e rendelettel szemben, hasonlóképp legyenek kiátkozva. Ám ha ugyanezen asszony visszatérne férjéhez, vagy Szent Péter apostoli Székéhez járulni sietne Rómába, ne legyen kétsége, hogy méltó vezeklés után nem tagadjuk meg majd tőle a bocsánatot. Addig azonban a kiátkozás előbbi köteléke, mellyel őt korábban és most megkötöztük, megkötve tartsa. Aki pedig ugyanezen Ingildruddal, ha személyesen sietne Szent Péter apostoli Székéhez Rómába, tudtán kívül közösködne, vagy tudva idejövetelében segítséget nyújtana neki, ezért semmi kötelék ne tartsa őt megkötözve.

DE SENTENCIIS ATQUE INTERDICTIS SEDIS APOSTOLICAE.

CAP. V.

Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones vel decreta pro catholica fide, pro ecclesiastica disciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione sceleratorum vel interdictione inminentium vel futurorum malorum a sedis apostolicae praesule salubriter promulgata contempserit, anathema sit.

Episcopi vero supradicti, postquam damnati sunt, haec rescripserunt:

CAP. 1. Nicolao pontifici Gundharius atque Theotgaudus.

Patres episcopi et fratres coepiscopi nostri ad te nos direxerunt et nos sponte ivimus, consulere videlicet expleta generali legatione tuum magisterium super his specialiter, quae pariter, prout nobis visum fuit et adicientibus notum esse potuit, iudicavimus, auctoritates rationesque, quas secuti fuimus, scriptis ostendentes, ut tua sapientia perscrutatis omnibus, quid inde sentires et quid velles, nobis paterno demonstrares affectu nosque fraterna caritate procurares; et si melius illud tua sanctitas inveniret, ut nos instrueres et doceres, subpliciter obsecravimus, parati, quicquid rectius et probabiliter insinuares, libenter amplecti.

CAP. II.

Sed nos per tres epdomadas tuum expectantes responsum, nil certitudinis nihilque doctrinae nobis expressisti; tantum quodam

AZ APOSTOLI SZÉK ÍTÉLETEIRŐL ÉS TILALMAIRÓL

5. fejezet

Ha valaki megvetné az Apostoli Szék főpapja által a katolikus hit érdekében, az egyházfegyelemért, a hívők kiigazítására, a bűnösök megjavítására vagy a fenyegető vagy eljövendő bajok elhárítására üdvösen kihirdetett dogmákat, parancsolatokat, tilalmakat, szankciókat vagy határozatokat, átkozott legyen.

A fent írt püspökök pedig, miután elítélték őket, ezt írták válaszul:

1. fejezet. Miklós pápának Günther és Theotgaud

Püspök atyák és püspöktárs testvéreink irányítottak Hozzád, mi pedig önként jöttünk, hogy tudniillik általános gyűlésünk után a Te Tanítóhivatalod tanácsát kérjük kifejezetten azokról a dolgokról, melyeket már, amint nekünk helyesnek látszott és aszerint, amit figyelmesen megtudhattunk, megítéltünk; írásban feltártuk a tekintélyeket és érveket, melyeket követtünk ebben, hogy miután a Te bölcsességed mindezeket átgondolta, atyai jóindulattal jelezd nekünk, mit gondolsz és mit szeretnél, és testvéri szeretettel kormányozz minket; és ha Szentséged jobbnak találná, hogy utasítson és tanítson minket, alázatosan kértük ezt, készen arra, hogy szívesen fogadjuk, akármi helyesebbet vagy elfogadhatóbbat közölsz is.

2. fejezet

Ám, bár három héten át vártuk válaszodat, semmi biztosat és semmi tanítást nem közöltél velünk, hanem egyszercsak egy nap

die in publico dixisti nos excusabiles apparere et innocentes iuxta nostri assertiones libelli.

CAP. III.

Ad ultimum autem nos evocati ad tuam praesentiam deducti sumus nihil adversitatis suspicantes; ibique obseratis ostiis facta more latrocinali conspiratione ex clericis et laicis turba collecta et permixta, nos violenter inter tantos obprimere studuisti, longa scilicet intercapedine a nostris et clericis et laicis separatos; atque sine sinodo et canonico examine, nullo accusante, nullo testificante nullaque disputacionis discrecione dirimente vel auctoritatum probatione convincente, absque nostri oris confessione, absentibus aliis metropolitanis et diocesaneis coepiscopis et confratribus nostris, extra omnium omnino consensum tuo solius arbitrio et tyrannico furore nosmet damnare voluisti, subito quadam tibi cartula et inprovise porrecta, lectoris officium assumens, assistente lateri tuo Anastasio, olim presbytero ambitus damnato et deposito et anathematizato, cuius scelerato magisterio tuus praecipitatur furor.

CAP. IIII.

Ergo tuam pravam sententiam a zelo rectitudinis alienam, iniustam et inrationabilem, canonicis legibus contrariam nequaquam recipimus, immo cum omni cetu fraterno quasi nefas atque maledictum frustra prolatum contemnimus atque abicimus; tibique anathematizatorum et religionis sacrae abiectorum et contemptorum fautori et communicatori revera communicare nolumus,

nyilvánosan kijelentetted, hogy kimenthetőknek bizonyultunk, és folyamodványunkban leírt állításaink alapján ártatlanoknak.

3. fejezet

Végül pedig jelenléted elé szólítva odavezettek minket úgy, hogy semmi ellenségességtől nem tartottunk; s ott felszakadtak a gátak, és gazemberek módjára összeesküdve, klerikusokból és laikusokból gyűjtött és összevegyített tömeggel igyekeztél minket oly sok ember között erővel elnyomni, messze elszakítva mind egyházi, mind laikus híveinktől; és zsinat és kánonjogi vizsgálat nélkül, vádló nélkül, tanú nélkül, mindenféle vita érvelése vagy tekintélyek bizonyítása és szájunk vallomása nélkül, a többi érsek és egyházmegyei püspöktársaink és testvéreink távollétében, teljességgel híján a közmegegyezésnek, egyedül csak a Te ítéleteddel és zsarnoki tombolásoddal akartál minket elítélni; hirtelen és váratlanul valami kis lapot adtak a kezedbe, Te pedig a felolvasó szerepébe lépve, oldaladon mint segéddel Anasztázzal, az egykori, vesztegetésért elítélt, letett és kiátkozott bíborossal, akinek bűnös útmutatásával zúdult ránk dühöd.

4. fejezet

Ezért hát a te hitvány ítéletedet, mely távol van az igazságvágytól, jogtalan és indokolatlan és a kánonjoggal ellentétes, semmiképp sem fogadjuk el, sőt a teljes testvéri gyülekezettel megvetjük és elvetjük, mint istentelen és fölöslegesen kimondott gyalázkodást. És tényleg nem akarunk közösködni veled, aki kiátkozottakat és a szent hit elvetőit és megvetőit támogatod és azokkal közösködsz;

contenti totius ecclesiae communione et fraterna societate, quam tu arroganter te superexaltans despicis teque ab ea elationis tumore indignum faciens segregas.

CAP. V.

Igitur ex tuae levitatis temeritate propria tibimet sententia anathematis plagam inflixisti exclamans: „Qui apostolica praecepta non servat, anathema sit"; quae tu multipliciter violare et violasse dinosceris divinas leges simul et sacros canones calcans et, quantum in te est, evacuans, praedecessorum tuorum pontificum Romanorum vestigia sequi nolens.

CAP. VI.

Nunc ergo, quia fraudulentiam et calliditatem tuam experti sumus, indignationem quoque tumidumque potentatum agnoscimus, nihil tibi tuaeque superbiae cedimus, qua nos ad vota nostrorum, quibus faves, inimicorum obruere festinabas; sciesque nos non tuos esse, ut te iactas et extollis, clericos, quos ut fratres et coepiscopos regnoscere, si elatio permitteret, debueras. Et haec tibi nostri ordinis non inscii, nimirum tua inprobitate conpulsi respondemus, non quasi ad illatam nobis contumeliam provocati, sed contra tuam iniquitatem ecclesiastico zelo accensi, nec nostrae vilitatis personam attendentes, sed omnem nostri ordinis universitatem, cui vim inferre conaris, prae oculis habentes".

Huc usque Ruodolfus.

megelégszünk az egész Egyházzal való közösséggel és testvéri társaságával, amelyet Te arrogáns módon és magadat felmagasztalva lenézel, s amelyre méltatlan vagy, mert elkülönít a felfuvalkodott gőg.

5. fejezet

Így hát könnyelmű elhamarkodottságodban saját magadat sújtottad a kiátkozás ítéletével, amikor így kiáltottál: „Aki az apostoli tanítást nem tartja meg, átkozott legyen!" – mert közismert, hogy az isteni törvényeket Te sokszorosan megsérted és megsértetted, lábbal taposva a szent kánonokat, és amennyire Rajtad múlik, kiüresítve azokat, nem akarva elődeid, a római pápák nyomába lépni.

6. fejezet

Most tehát, mivel megtapasztaltuk csalárdságodat és ravaszságodat, és ismerjük már méltatlankodó, felfuvalkodott hatalmaskodásodat, nem engedünk semmiben Neked és gőgödnek, mellyel ellenségeink (akiket pártolsz) kívánságára sietsz minket tönkretenni. És tudd meg, hogy mi nem vagyunk a te saját papjaid, amint ezzel kérkedsz és dicsekszel, hanem, ha fennhéjázásod engedné, testvéreidnek és püspöktársaidnak kéne elismerned minket.

Mindezeket pedig saját rangunkat nagyon is ismerve, és csak gaztettedtől kényszerítve válaszoljuk, nem az ellenünk elkövetett gyalázattól ösztökélve, hanem egyházi buzgalomtól fűtve a Te igazságtalanságod ellen, és nem a mi érdemtelen személyeinkre figyelve, hanem rendünk – mellyel szemben erőszakkal próbálsz fellépni - teljes egészét tartva szem előtt.

Eddig Rudolf.

ANNALIUM FULDENSIUM PARS TERTIA (MOGONTIACENSIS). AUCTORE MEGINHARDO. A. 864–887

A FULDAI ÉVKÖNYVEK HARMADIK (MAINZI) RÉSZE. SZERZŐJE MEGINHARD. 864–887

DCCCLXIIII.[1]

Hludowicus rex mense Augusto ultra Danubium cum manu valida profectus Rastizen in quadam civitate, quae lingua gentis illius Dowina dicitur, obsedit. At ille, cum regis exercitibus congredi non auderet atque loca sibi effugiendi denegata cerneret, obsides, quales et quantos rex praecepit, necessitate coactus dedit; insuper cum universis optimatibus suis fidem se cunctis diebus regi servaturum esse iuramento firmavit, licet illud minime servaverit.

Hludowicus et Karolus reges et fratres apud Dusiacam villam mense Septembrio convenientes foedus ineunt et, quicquid inter eos levitate humana vel suggestione militum perperam gestum fuerat, sibi mutuo dimittunt, cuncta retro oblivioni tradenda censentes. Huius autem foederis pactum inviolabiliter omni tempore conservandum testes et admonitores idonei ex utraque parte statuuntur. Nam Hludowicus ex parte Karoli Hincmarum Remensem episcopum et Engilrammum comitem, Karolus vero ex parte Hludowici Liutbertum archiepiscopum et Altfridum antitistem elegit, ut, si forte ab aliquo eiusdem pacti iura laederentur, his admonentibus et gesta priora ad memoriam revocantibus facilius in pristinum statum reformari possent.

1 **Codex 3** addit: „Gundharius Coloniae civitatis episcopus poenitentia ductus, quod contra domnum apostolicum iniustae rationis contentionem inchoaverat, reconciliationis suae et emendationis gratia Romam profectus in praesentiam apostolici viri Nicolai venit, sed veniam minime consecutus est."

864.[1]

Lajos király augusztus hónapban erős sereggel a Dunán túlra indulva ostrom alá vette Rastizt egy városban, melyet annak a népnek nyelvén Dowinának mondanak. Az pedig, mivel nem mert összecsapni a király seregeivel, és látta, hogy nincs hová menekülnie, szükségtől kényszerítve annyi és olyan túszt adott, ahogy a király parancsolta; ezenfelül még minden főemberével együtt esküvel erősítette meg, hogy hátralevő napjaiban megmarad a király hűségén, ámbár ezt a legkevésbé sem tartotta be.

Lajos és Károly, királyok és fivérek, szeptember hónapban Tuseyban találkozva szövetségre lépnek, és kölcsönösen megbocsátják, amit csak eddig emberi könnyelműségből vagy katonáik sugallatára vétettek, úgy gondolva, hogy minden eddigieket a feledésnek kell átadni. És hogy e szövetség megállapodását minden időben sértetlenül betartsák, mindkét részről alkalmas embereket állítanak tanúknak és emlékeztetőknek: Lajos Károly részéről Hincmar reimsi püspököt és Engilramm grófot, Károly pedig Lajos részéről Liutbert érseket[2] és Altfrid püspököt[3] választotta, hogy ha esetleg valamelyikük megsértené a megállapodást, az ő

1 A 3. kódex az év elején hozzáfűzi, a másik kettő elhagyja: „Günther, Köln város püspöke bűnbánattól indítva (mert az apostolutód úr ellen igaztalan ügyben pereskedésbe kezdett), kiengesztelődés és saját maga kiigazítása céljából Rómába utazva Miklós apostolutód elé járult, de bocsánatot egyáltalán nem kapott."

2 Mainzi érsek.

3 Hildesheim püspöke.

Guntharius Coloniae civitatis episcopus poenitentia ductus, quod ministerium sacerdotale ab apostolico sibi interdictum contingere praesumpserat, Romam profectus est, sed restitutionis vel satisfactionis locum minime invenit.

Ernust obiit.

DCCCLXV.

Ruodolfus Fuldensis coenobii presbyter et monachus, qui apud totius pene Germaniae partes doctor egregius et insignis floruit historiographus et poeta atque omnium artium nobilissimus auctor habebatur, VIII Id. Mart. diem ultimum feliciter clausit. Decessit autem eodem anno Ernustus comes.

Et Arsenius episcopus, Nicolai papae Romanae urbis legatus, ob pacem et concordiam inter Hludowicum et Karolum fratrem eius necnon Hludharium nepotem eorum renovandam atque constituendam missus est in Franciam. Qui apud villam regiam Franconofurt a Hludowico rege honorifice susceptus et muneribus magnificis honoratus condictoque inter eos placito de supradicta conventione apud Agrippinam Coloniam habendo ad Karolum regem in Galliam pergit. Illic quoque mirifice a rege susceptus regalibusque donis sublimatus propter condictum placitum Agrippinam, ut diximus, Coloniam venit ibique obviam ei duo fratres, Hludowicus videlicet atque Karolus, absente Hludhario nepote eorum ad condictum placitum convenerunt; multisque ibidem causis bene dispositis cum pace revertitur Romam.

figyelmeztetésükre, mikor a korábban történteket emlékezetükbe idézik, könnyebben visszatérhessenek az eredeti állapotba. Günther, Köln város püspöke bűnbánattól vezérelve (mert megpróbált olyan papi szolgálatot ellátni, melyet az apostolutód megtiltott neki) Rómába utazott, de egyáltalán nem adtak lehetőséget sem visszahelyezésére, sem az elégtételre. Ernust meghalt.

865.

Rudolf, a fuldai monostor papja és szerzetese, akit Germánia szinte minden részén kiváló és híres tudósnak, történetírónak, költőnek és minden művészetben nagyszerű alkotónak tartottak, március 8-án szerencsésen elérte utolsó napját. Meghalt ugyanebben az évben Ernust gróf is.

Arsenius püspököt pedig, Miklós római pápa legátusát, Frankföldre küldték a Lajos és fivére, Károly, valamint unokaöccse, Lothár közötti béke megújítása és megkötése végett. Frankfurt királyi városban Lajos király tisztelettel fogadta és nagyszerű ajándékokkal tisztelte meg; s miután megállapodásra jutottak, hogy a fent említett szerződést Kölnben kötik meg, Károly királyhoz indul Galliába. Miután ott is csodálatos fogadtatásban részesíti a király, és királyi ajándékokkal tiszteli meg, a kitűzött találkozó miatt, amint mondtuk, Kölnbe ment, ahol eléje jőve a két fivér, tudniillik Lajos és Károly; bár unokaöccsük, Lothár távol maradt, eljöttek a megbeszélt találkozóra, maga pedig, miután ott sok ügyet jól elrendeztek, békében visszatér Rómába.

DCCCLXV.[2]

Werinharius comes, unus ex primoribus Francorum, apud Hludowicum regem accusatus, quasi Rastizen suis hortationibus adversus eum incitasset, publicis privatus est honoribus.

Arsenius episcopus, Nicolai pontificis Romani legatus, ob pacem et concordiam inter Hludowicum regem et nepotes eius, Hludowicum videlicet Italiae imperatorem et Hlotharium fratrem eius, (renovandam) missus est in Franciam. Qui mense Iunio veniens apud Franconofurt a Hludowico rege honorifice susceptus est; a quo absolutus in Galliam perrexit et Theotpergam reginam a Hlothario dudum dimissam, sicut ei ab apostolico iniunctum fuerat, eidem regi restituens Waldratam concubinam illius in Italiam duci praecepit et, ut Hlotharius Theotpergam quemadmodum rex legitime sibi coniunctam deinceps tractaret reginam, duodecim ex optimatibus (Hlotharii) [eiusdem regis] iuramento firmare coegit. Deinde in regnum Karoli profectus multisque ibi, quorum gratia illuc venerat, bene dispositis Romam reversus est.

DCCCLXVI.

Hludowicus Hludowici regis filius graviter ferens, quod rex quaedam beneficia illi subtrahens Carlmanno fratri suo reddidit, patri molestus efficitur. Nam nuntiis per universam Thuringiam et Sa-

2 **Codex 3** annum 866. scibit.

865.[4]

Werinharius grófot, a frank előkelők egyikét azzal vádolták meg Lajos király előtt, hogy Rastizt bátorítgatva ellene hangolta, ezért megfosztották köztisztségeitől. Arsenius püspököt pedig, Miklós római pápa legátusát, Frankföldre küldték a Lajos király és unokaöccsei, tudniillik Lajos, Itália császára és az ő fivére, Lothár közötti béke és megállapodás végett. Őt, amikor júniusban Frankfurtba ért, Lajos király tisztelettel fogadta, s miután elbocsájtotta, Galliába indult, és Lothár korábban elbocsájtott feleségét, Theotperga királynőt, amint ezzel az apostolutód megbízta, újból a király mellé állítva annak ágyasát, Waldratát Itáliába vitette; és kényszerített tizenkettőt a legelőkelőbbek közül, erősítsék meg esküvel, hogy ezentúl Lothár király Theotpergával mint hites feleségével és királynéval bánik. Ezután Károly országába indulva sok mindent, amiért oda ment, jól elrendezett és visszatért Rómába.

866.

Lajos, Lajos király fia, nehezen viselve, hogy a király némely javadalmakat tőle elvonva fivérének, Karlmannak adott, terhessé vált apja számára. Követeket küldött ugyanis egész Thüringiába

4 A 3. kódex számozása szerint 866.

xoniam missis, quoscumque potuit, ad se traxit et contra regem rebellare disposuit; Werinharium quoque, Utonem et Berengarium comites a patre suo depositos suis adhibens consiliis pristinam eis dignitatem se restituturum esse promisit. Sed et Heimricum principem militiae suae ad Rastizen destinavit, obnixe postulans, ut eiusdem conspirationis fautor fore non recusaret. Quo comperto rex Carlmannum ad tuitionem Baioariae [de]relinquens concitus venit in Franciam et a suis undique confluentibus apud Franconofurt honorifice susceptus est et conspirationem exortam facile restinxit. Tanta etenim multitudo fidelium suorum cum eo tunc aderat, ut pars adversa, nisi timor filii [eius] adfuisset, ligari procul dubio potuisset. Interea Guntboldus quidam de satellitibus Carlmanni contra dominum suum dimicare volens amisso exercitu vix vivus evasit. Hludowicus vero mediante Liutberto archiepiscopo aliisque pacis amatoribus mense Novembrio apud Wormatiam patri suo reconciliatur.

Ea tempestate apud Mogontiacum quidam de hominibus Liutberti archiepiscopi orta seditione interfecti sunt; quorum mors graviter in auctores seditionis vindicata est. Quidam enim in ligno suspensi, alii manuum et pedum summitatibus amputatis etiam lumine oculorum privantur; nonnulli omnia sua relinquentes et mortem evadere cupientes exules effecti sunt.

Legati Vulgarum Radesbonam ad regem venerunt, dicentes regem illorum cum populo non modico ad Christum esse conversum simulque petentes, ut rex idoneos praedicatores christianae religionis ad eos mittere non differret.

és Szászországba, és akit csak tudott, a maga pártjára állított, és a király elleni lázadásra hangolt. Terveihez megnyerve az apja által letett Werinhar, Uto és Berengár grófokat, megígérte nekik, hogy visszaállítja korábbi méltóságukat. Még Rastizhoz is elküldte Heimricet, katonai főparancsnokát, nyomatékosan kérve, hogy ne vonakodjék összeesküvése támogatójává állni. Ezt megtudva a király Karlmannt Bajorország őrizetére hátrahagyva sietve Frankföldre ment, övéi mindenhonnan hozzá özönölve Frankfurtnál nagy tisztelettel fogadták, a kialakulóban levő összeesküvést is könnyen elfojtotta. Olyan tömegben jelentek meg ugyanis akkor hívei, hogy az ellenpártot, ha nem lett volna a fiától való félelem, kétségtelenül fel lehetett volna számolni. Eközben Guntbold, Karlmann kísérőinek egyike, ura ellen akart hadakozni; seregét elvesztve alig maradt életben maga is. Lajost pedig Liutbert érsek és más békeszerető közvetítők révén november hónapban Wormsnál kibékítették apjával.

Ebben az időszakban Mainznál egy lázadás alkalmával megölték Liutbert érsek néhány emberét; halálukat keményen megtorolták a lázadás szítóin. Egyeseket ugyanis fára akasztottak, másokat kéz- és lábujjaik levágása után meg is vakítanak; jó néhányan pedig a halált elkerülni kívánva mindenüket odahagyva száműzöttek lettek.

A bolgárok követei Regensburgban a király elé járultak, elmondva, hogy királyuk nem kis népsokasággal megtért Krisztushoz, kérve egyszersmind, hogy a király haladéktalanul küldjön hozzájuk alkalmas keresztény hithirdetőket.

DCCCLXVII.

Rex Hludowicus Vulgarum petitionibus annuens Ermenrichum episcopum cum presbyteris ac diaconibus ad propagandam fidem catholicam praefatae genti destinavit. Sed cum illuc pervenissent, episcopi a pontifice Romano missi totam illam terram praedicando et baptizando iam tunc repleverunt; quapropter isti accepta a rege licentia redierunt in sua.

Hlotharius rex promissionem suam, quam super Theotperga regina legato pollicitus est apostolico, irritam ducens atque iuramentum optimatum suorum flocci pendens iterum Waldratae ab Italia revocatae se clanculo sociavit. Unde Nicolaus apostolicus divino zelo commotus per diversas christianae religionis (partes) [provincias], Italiae videlicet, Germaniae, Neustriae atque Galliae, regibus et episcopis destinavit epistolas, in quibus eam cum universis complicibus et communicatoribus fautoribusque suis a consortio sanctae aecclesiae usque ad poenitentiae satisfactionem sequestravit. Misit praeterea epistolam filiis Hludowici regis de honore parentum servando.

Ruotbertus Karoli regis comes apud Ligurim fluvium contra Nordmannos fortiter dimicans occiditur, alter quodammodo nostris temporibus Machabeus; cuius proelia, quae cum Brittonibus et Nordmannis gessit, si per omnia scripta fuissent, Machabei gestis aequiperari potuissent.

Terrae motus per plurima loca factus est VII. Id. Octobris.

867.

Lajos király, rábólintva a bolgárok kéréseire, Ermenrich püspököt jelölte ki, hogy papokkal és diakónusokkal terjessze a katolikus hitet az említett nép körében; ám amikor odaértek, már az egész tartomány a római pápa által küldött püspökökkel volt tele, akik prédikáltak és kereszteltek. Emiatt ők, engedélyt kapva erre a királytól, hazatértek.

Lothár király, érvénytelennek tartva ígéretét, melyet Theotperga királynővel kapcsolatban tett az apostoli nunciusnak, és semmiségnek tartva a saját előkelői által tett esküt, titokban ismét összeállt az Itáliából visszahozott Waldratával. Emiatt Miklós apostolutód szent buzgalomtól hajtva levelet küldött a különböző keresztény országok (tudniillik Germánia, Neustria és Gallia) királyainak és püspökeinek, melyben Waldratát mindenkivel együtt, aki bűntársa, közösséget vállal vele, vagy segít neki, kizárja a Szent Egyház közösségéből, amíg bűnbánatot nem gyakorol és elégtételt nem ad. Küldött egy levelet ezenkívül Lajos király fiainak is a szülők iránt kötelező tiszteletről.

Ruotbert, Károly király grófja, a Loire folyónál a normannok ellen bátran harcolva elesik; szinte a mai idők Makkabeusa volt ő, akinek a bretonok és normannok ellen vívott csatáit ha mind leírnák, felérnének Makkabeus tetteivel.

Október 9-én földrengés volt igen sok helyen.

DCCCLXVIII.

Nicolaus pontifex Romanus episcopis Germaniae duas destinavit epistolas, unam quidem de factionibus Grecorum, alteram vero de Theotgaudi et Guntharii episcoporum depositione, in qua refert eos septem capitalia crimina commisisse, et ob hoc pristinae dignitatis restitutionem nequaquam eos in sempiternum recipere posse commemorat.

Synodus apud Wormatiam mense Maio habita est praesente Hludowico rege, ubi episcopi nonnulla capitula de utilitate aecclesiastica conscribentes Grecorum ineptiis congrua ediderunt responsa.

Hlotharius rex Romam profectus summo studio nisus est Waldratam cum consensu et favore Nicolai pontificis matrimonio sibi coniungere; sed eum iam defunctum reperiens in Beneventum ad fratrem suum Hludowicum perrexit et huius copulae fautorem illum fore postulavit apud Adrianum, qui Nicolao in pontificatu successit; sed petitionis effectum minime consecutus est.

Eodem anno stella cometes per aliquot noctes apparuit; fontes quoque et flumina propter nimiam imbrium inundationem crescendo intumuerunt et per diversa loca in frugibus et aedificiis damnum fecere non modicum. Hanc plagam fames etiam magna cum ingenti pernicie humani generis per totam Germaniam et Galliam secuta est.

868.

Miklós római pápa két levelet küldött Germánia püspökeinek; az egyiket a görögök pártoskodásáról, a másikat pedig Theotgaud és Günther püspökök letételéről. Ebben beszámol arról, hogy hét főbenjáró bűnt követtek el, és közli, hogy emiatt korábbi méltóságukat már soha és semmiképp nem kaphatják vissza.

Május hónapban zsinatot tartottak Wormsban, melyen jelen volt Lajos király is; a püspökök ekkor néhány az Egyház javára szolgáló rendelkezést megfogalmazva megfelelő választ adtak a görögök ostobaságaira.

Lothár király Rómába utazva nagy erővel igyekezett megszerezni Waldratával való házasságához Miklós pápa beleegyezését és támogatását; ám őt már holtan találva Beneventóba utazott fivéréhez, Lajoshoz, és kérte, hogy járjon közbe e házasságért Adorjánnál, aki Miklóst követte a pápaságban; ám kérésének nem lett eredménye.

Ugyanebben az évben üstököscsillag tűnt fel néhány éjszakán keresztül; a források és folyók is áradva felduzzadtak a túlságos esőzések miatt, és különböző vidékeken nem csekély kárt okoztak a termésben és épületekben. Ezt a csapást nagy éhínség is követte az emberi nem roppant pusztulásával egész Germániában és Galliában.

DCCCLXVIIII.

Sclavi, qui vocantur Behemi, terminos Baioariorum crebris incursionibus infestant et quasdam villas incendio tradentes mulieres inde duxere captivas. Contra quos Hludowicus rex tutores partium illarum interim misit, donec ipse oportuno tempore suorum vindicaturus iniurias in desertores arma corriperet. Carlmannus exercitibus Rastizi bis numero congressus victor extitit, praedam inde capiens non modicam, sicut ipse litteris ad patrem suum destinatis retulit. Sorabi et Siusli iunctis sibi Behemis et ceteris circumcirca vicinis antiquos terminos Thuringiorum transgredientes plurima loca devastant et quosdam sibi incaute congredientes interficiunt. Gundacar vassallus Carlmanni, qui multis periuriis et dolosis machinationibus Hludowico regi eiusque filiis saepenumero extitit infidelis et proprium dominum [de] relinquens ad Rastizen defecerat, contra patriam [more Catilino] dimicare volens occisus est. Hic Carlmanni ducibus ad locum certaminis propinquantibus dixisse fertur ad eos, quibus a Rastizo erat praelatus: „Pugnate fortiter vestram patriam tuentes; ego enim in hoc certamine vobis proficuus non ero, quoniam sanctus Emmerammus ceterique sancti, in quorum reliquiis Hludowico regi filiisque illius fidem me servaturum [esse] iuravi, [meum clipeum et hastam tenentes] mea brachia iusum [deprimunt] et me undique constrictum quasi loris ligatum retinent, ita ut nec

869.

A szlávok, akiket cseheknek hívnak, a bajorok határait sűrű betörésekkel zaklatják, és egyes falvakat a tűz martalékául adva asszonyokat vittek innen fogságba. Ellenük Lajos király e terület határőreit küldte addig is, míg maga ragad fegyvert a lázongók ellen, hogy alkalmas időben megtorolja majd az övéin esett sérelmeket. Karlmann Rastiz seregeivel kétszer megütközve győzött, nem csekély zsákmányt hozva innen, amint ezt maga jelentette apjának írt levelében. A szorbok és a sziuszliak, társulva a csehekkel és köröskörül más szomszédaikkal, a thüringiaiak régi határait átlépve sok helyet feldúlnak, és egyeseket, akik óvatlanul szálltak szembe velük, megölnek. Gundacart, Karlmann vazallusát, aki sok jogtiprással és csalárd ügyködéssel számos alkalommal hűtlen lett Lajos királyhoz és fiaihoz, és saját urát elhagyva Rastizhoz állt, hazája ellen [Catilina módjára][5] harcolva megölik. Amint mondják, mikor Karlmann vezérei a csatatérhez közeledtek, a következőket mondta azoknak, akik parancsnokává Rastiz megtette: „Harcoljatok bátran, hazátokat védelmezve; én ugyanis e küzdelemben nem leszek hasznotokra, mivel Szent Emmerám és a többi szentek, akiknek ereklyéire megesküdtem, hogy megtartom Lajos király és fiai iránt a hűséget, pajzsomat és dárdámat lefogva felülről leszorítják karomat, engem pedig mindenfelől megkötözve tartanak, mintha szíjakkal vernének bilincsbe, any-

5 A zárójeles szavak az 1. kódexből hiányoznak.

manum quidem ad os mittere praevaleam". Dum haec infelix loqueretur, nostris supervenientibus occubuit, Domino illi infidelitatis suae condignam mercedem retribuente. Quod cum regi relatum fuisset, omnes in commune Deum laudare signis etiam cunctarum in Reganesburg aecclesiarum concrepantibus pro interitu hostis extincti praecepit.

Hlotharius rex infecto negotio, propter quod Romam venerat, in regnum suum redire volens apud Plasentiam Italiae urbem mense Iulio diem obiit, plurimique de optimatibus illius in eodem itinere consumpti sunt.

Mense vero Augusto rex Hludowicus collectis copiis in tres partes divisit exercitum: nam aequivocum suum cum Thuringiis et Saxonibus ad comprimendam Sorabum audaciam destinavit, Baioarios vero Carlmanno in adiutorium fore praecepit contra Zuentibaldum nepotem Rastizi dimicare volenti, ipse autem Francos et Alamannos secum retinuit adversum Rastizen pugnaturus. Cumque iam proficiscendum esset, aegrotare coepit; unde necessitate conpulsus Karolum filiorum suorum ultimum eidem exercitui praefecit Domino exitum rei commendans. Qui cum exercitu sibi commisso in illam ineffabilem Rastizi munitionem et omnibus antiquissimis dissimilem venisset, Dei auxilio fretus omnia moenia regionis illius cremavit incendio et abscondita quaeque in silvis vel defossa in agris reperiens cum suis diripuit omnesque sibi congredientes fugere compulit vel interfecit.

nyira, hogy még a kezemet sem tudom a számhoz emelni!" Míg ezeket mondta a szerencsétlen ember, a mieink támadásában már el is esett – így fizette meg az Úr számára hűtlensége méltó bérét. Amikor ezt jelentették a királynak, elrendelte, hogy ellensége vesztéért mindenki közösen dicsérje az Istent, Regensburgban az összes templom harangját egyszerre megszólaltatva.

Lothár király (félbehagyva dolgát, amiért Rómába ment) azt tervezte, hogy visszamegy országába, mikor Piacenza városában, Itáliában, július hónapban[6] utolsó napját érte meg, és főemberei közül igen sokan vesztek oda ugyanezen az úton.

Augusztus hónapban pedig Lajos király, csapatait összegyűjtve, három részre osztotta seregét: névrokonát ugyanis a thüringiaiakkal és szászokkal a szorbok vakmerőségét letörni küldte, a bajorokat pedig Zuentibald (Rastiz unokaöccse) ellen, hogy a vele harcolni készülő Karlmann segítségére legyenek; ő pedig a frankokat és alamannokat tartotta meg magának, mert Rastizzal készült megütközni. Amikor pedig már indulófélben volt, betegeskedni kezdett; emiatt a szükségtől kényszerítve Károlyt, fiai közül a legkisebbet állította e sereg élére, Istenre bízva a dolog kimenetelét. Mikor az a rábízott sereggel Rastiz roppant erődjéhez érkezett, melyhez hasonlót a régiek sem építettek, Isten segítségére hagyatkozva a vidék összes fallal megerősített erődjét tűzzel felégette, és megtalálva mindent, amit csak az erdőkben elrejtettek vagy a földeken elástak, elvitte embereivel; s mindenkit,

6 Valójában augusztus 8-án.

Nec minus Carlmannus regnum Zuentibaldi nepotis Rastizi igne et gladio depopula(ba)tur; vastataque omni regione Karolus et Carlmannus fratres convenerunt, de victoria sibi caelitus data gratulantes.

Interea Hludowicus frater illorum cum Sorabis manum conserens primo quidem quibusdam occisis hostes terga vertere coegit; deinde vero non modica ex eis multitudine prostrata et Behemis, qui a Sorabis mercede conducti fuerant, partim occisis partim turpiter ad sua redeuntibus ceteros in deditionem accepit.

Dum haec in diversis locis gerebantur, Hludowicus rex apud Radesbonam Baioariae civitatem gravi detinebatur infirmitate, ita ut medici illum sanitatem recuperare posse desperarent. Quapropter omne aurum et argentum, quod in thesauris illius inveniri potuit, per diversa monasteriorum loca distribuit et pauperibus erogavit; unde et a caelesti medico, cui se suaque omnia commendavit, curari promeruit. Karolus vero rex comperta Hludowici fratris sui infirmitate regnum Hlotharii invasit et secundum libitum suum disposuit atque ad se de eodem regno venire nolentes publicis privatisque rebus privavit; qui etiam pravorum usus consilio in urbe Mettensi diadema capiti suo ab illius civitatis episcopo imponi et se imperatorem et augustum quasi duo regna possessurus appellare praecepit.

Omnes autem Hludowici regis filii in diversis locis rebus prospere gestis sine damno militum suorum cum triumpho regressi sunt. Behemi dextras sibi a Carlmanno dari petunt et accipiunt.

aki ellene jött, megfutamított vagy megölt. Karlmann ugyanígy feldúlta tűzzel és karddal Zuentibald, Rastiz unokaöccse országát; s miután a fivérek, Károly és Karlmann, feldúlták az egész tartományt, találkoztak, hálát adva az Égtől kapott győzelemért. Közben testvérük, Lajos, a szorbokkal összecsapva először még néhányukat megölve megfutamította őket; utána pedig nem csekély sokaságukat leterítette, és miután a csehek, akiket a szorbok zsoldért fogadtak fel, részben elestek, részben szégyenletesen hazamentek, a többiek megadták magukat.

Míg a különböző vidékeken ezek történtek, Lajos király a bajorországi Regensburg városában súlyos beteg volt, annyira, hogy az orvosok letettek arról, hogy egészségét visszanyerheti. Emiatt minden aranyat és ezüstöt, amit csak kincstárában találhatott, különböző vidékek kolostoraiba osztott szét és a szegényeknek adta. Emiatt kiérdemelte, hogy égi orvosa, akinek magát és mindenét felajánlotta, meggyógyítsa. Károly király pedig, értesülve fivére, Lajos betegségéről, megtámadta Lothár országát és kedve szerint rendelkezett azzal; mindenkit, aki abból az országból nem akart átállni hozzá, megfosztott hivatalaitól és magántulajdonától, és gonoszok tanácsára Metz városában megparancsolta, hogy az ottani püspök koronázza meg, és császárnak és Augustusnak szólíttatta magát, mint aki két királyság várományosa.

Miután Lajos király összes fia különböző helyeken sikerrel jártak, katonai veszteségek nélkül, diadallal tértek vissza. A csehek békejobbot kértek és kaptak Karlmanntól.

DCCCLXX.

Hludowicus rex de infirmitate sua convalescens mense Februario in purificatione sanctae Mariae ad Franconofurt villam regni sui pervenit ibique plurimos de optimatibus Hlotharii diu illum opperientes in suum suscepit dominium et beneficium illis a Karolo sublatum restituit. Nonnulli etiam, qui prius cum Karolo fuerant, eum deserentes ad Hludowicum venerunt. Liutbertus Mogontinae sedis archiepiscopus cum quibusdam suffraganeis suis Coloniam profectus Willibertum presbyterum iussu Hludowici regis et totius cleri et populi electione etiam Karolo nolente in locum Guntharii ordinavit episcopum.

Zuentibald nepos Rastizi propriis utilitatibus consulens se Carlmanno una cum regno, quod tenebat, tradidit. Unde Rastiz vehementer iratus nepoti occulte ponit insidias et eum in convivio nihil mali suspicantem iugulare disponit; sed gratia Dei a periculo mortis liberatus est. Nam antequam illi, qui eum necaturi erant, domum intrarent, surrexit de loco convivii annuente sibi quodam eiusdem fraudis conscio et quasi cum falconibus lud[um exerc]ens praeparatas devitavit insidias. Rastiz autem videns denudatum consilium suum nepotem cum militibus quasi comprehensurus insequitur; sed iusto iudicio Dei captus est laqueo, quem tetendit: nam ab eodem nepote suo comprehenditur, ligatur et Karlmanno praesentatur; a quo sub militibus illum,

870.

Lajos király betegségéből felépülve február hónapban, Gyertyaszentelő Boldogasszony ünnepén az ő országában fekvő Frankfurt városába utazott el, és ott Lothár főemberei közül sokakat, aki régóta rá vártak, saját szolgálatába fogadott, és visszaállította Károly által elvett javadalmaikat. Azok közül is néhányan, akik korábban Károllyal voltak, őt elhagyva Lajoshoz jöttek. Liutbert mainzi székhelyű érsek néhány szuffragáneusával[7] Kölnbe utazva Willibert papot Lajos király parancsára és az egész klérus és nép választása alapján Károly akarata ellenére is püspökké szentelte Günther helyére.

Zuentibald, Rastiz unokaöccse, saját érdekeit szem előtt tartva a birtokában levő királysággal együtt átadta magát Karlmann-nak. Rastiz emiatt erősen megharagudva titokban csapdát állít unokaöccsének, és (miközben az semmi rosszra nem gyanakodott) megparancsolta, hogy egy lakomán vágják el a torkát. Ám az, Isten kegyelméből, megmenekült a halálveszedelemből; mielőtt ugyanis beléptek volna a házba azok, akik megölték volna, odabólintott neki az összeesküvés egyik beavatottja, ő pedig felkelt a lakomától, mintha solymászni indulna, és elkerülte az előkészített csapdát. Rastiz pedig, látva, hogy terve lelepleződött, unokaöccsét katonákkal üldöztette; ám Isten igazságos ítéletéből az a hurok fogta meg, melyet maga feszített ki: ugyanis éppen unokaöccse fogja el, kötözi meg és adja át Karlmann-nak. Ő pe-

7 Az érsek egyháztartományához tartozó egyházmegyék püspökei, akik egyháztartományi kérdésekben szavazati joggal rendelkeznek.

ne laberetur, observantibus in Baioariam missus usque ad praesentiam regis servandus in ergastulum retruditur. Karlmannus vero regnum illius nullo resistente ingressus cunctas civitates et castella in deditionem accepit; et ordinato regno atque per suos disposito ditatusque gaza regia revertitur.

Rex autem Hludowicus dies letaniarum et pentecostes in villa Bisestat prope Wormatiam celebravit. Inde a Karolo ad colloquium invitatus mense Iunio ad occidentem profectus est; sed in itinere in quodam solario positus ruente aedificio et ipse pariter corruit gravem patiens membrorum collisionem. Tamen simulata sanitate cum Karolo colloquium habuit et diviso inter se Hlotharii regno, Aquisgrani reversus est; ibique per plures dies iacuit aegrotus.

Apud Mogontiacum per rubore quasi sanguine perfusus (hisdem diebus) visa sunt in caelo. Nam nubes varii coloris per tres continuas noctes ab aquilone ascendebant, aliae ab oriente et meridie econtra veniebant, venit spicula ignea invicem sine intermissione mittentes; tandemque in summitate caeli coeuntes et se quasi exercitus in proelio confundentes non modicum timorem simul et admirationem cernentibus ingerebant; omnes tamen rogabant in bonum monstra converti. Ipsa quoque civitas terrae motu bis

dig katonai őrizet alatt, nehogy megszökjön, Bajorországba küldte, börtönbe vetve, amíg a király színe elé kerülhet. Karlmann pedig, ellenállás nélkül annak[8] országába hatolva, minden várost és erődítményt megadásra bírt; és elrendezve és saját embereivel irányítva az országot, a királyi kincstárral gazdagodva tér vissza.

Lajos király pedig a keresztjáró napokat és a pünkösdöt Bürstadtban, Worms közelében ünnepelte. Innen június hónapban Károly hívására nyugatra utazott, hogy tárgyaljanak. Ám útközben, mikor egy erkélyen állt, összedőlt az épület, és maga is lezuhant, súlyos végtagzúzódásokat szenvedve. Ennek ellenére, egészséget színlelve, megtartotta a tárgyalást Károllyal, és felosztva maguk közt Lothár országát, visszatért Aachenbe, ahol több napon át feküdt betegen.

Mainznál néhány éjszakán át a teljes levegőég vörösen ragyogott, mintha vér öntötte volna el; ugyanezekben a napokban más csodajelek is látszottak az égen. Mert három egymást követő éjszakán át északról különböző színű felhők emelkedtek fel, mások keletről és délről jöttek szembe, szüntelenül kölcsönösen tűznyilakat lődözve; végül pedig az égbolt legtetején találkoztak, és mint csatába özönlő seregek, nem csekély félelmet s ugyanakkor bámulatot keltettek a szemlélőkben; ám mindenki azért fohászkodott, hogy a csodajelek jóra forduljanak.[9] Magát a várost is kétszer földrengés

8 Ti. Rastiznak.

9 Ugyanez a mondat a 2, 3c, 3d 3e, F kódexekben: „Mert északról az egyik éjszaka valami felhő emelkedik fel, egy másik keletről és délről jön szembe, szüntelenül kölcsönösen tűznyilakat lődözve; végül pedig az égbolt legte-

numero concussa est; nonnulli etiam in pago Wormacense messem colligentes, propter solis calorem solito graviorem extincti referuntur; plurimi quoque in Rheno flumine suffocati perierunt. Sed et mulier quaedam in festivitate sancti Laurentii ceteris ad aecclesiam properantibus panes coxit venales; quae a vicinis suis admonita, ut tantae diei honorem tribueret [et aecclesiam peteret], noluit omittere, quin opus coeptum quaestus causa expleret. Sed cum reverentiae sanctorum praeposuisset lucrum terrenum et ex eadem massa farinae, de qua prius nitidos fecerat panes, postea formatos misisset in fornacem, subito eosdem atramento repperit nigriores. Igitur confusa foras cucurrit et peccatum, quod commisit in transgressione tantae sollemnitatis, et damnum quod de interitu panum perpessa est, palam omnibus, qui aderant, indicavit. Boum quoque pestilentia in nonnullis Franciae locis inmanissime grassando multis inrecuperabile intulit damnum.

Habita est autem et synodus in civitate Colonia iussu Hludowici regis VI. die Kalendarum Octobrium, praesidentibus metropolitanis episcopis provinciarum Liutberto Mogontiensium, Bertulfo Trevirorum, Williberto Agrippinensium cum ceteris Saxoniae episcopis. Ubi cum plurima ad (aecclesiasticam) utilitatem [ecclesiasticam] pertinentia ventilassent, etiam domum sancti Petri eatenus minime consecratam dedicaverunt. Feruntur etiam in eadem nocte, quando basilica mane erat consecranda, voces malignorum spirituum audiri inter se loquentium et valde dolentium, se ab obsessis diutissime sedibus expelli debere.

rázta meg; a beszámolók szerint pedig Worms vidékén a szokottnál erősebben tűző nap néhány aratót megölt, és sokan a Rajna folyóba fulladva vesztek oda. Történt még, hogy Szent Lőrinc ünnepén egy asszony, miközben a többiek a templomba siettek, kenyeret sütött eladásra; mikor szomszédjai figyelmeztették, hogy adja meg az ünnepnapnak járó tiszteletet, és menjen el a templomba, nem akarta a hasznot hozó munkát félbehagyni. Ám mivel a földi hasznot a szentek tisztelete elé helyezte, ugyanazt a tésztát, melyből azelőtt pompás vekniket készített, miután megformázva kemencébe helyezte, hirtelen tintánál feketébben találta. Ezen megdöbbenve kiszaladt a házból, és az összes jelenlevő előtt nyíltan elmondta, mit vétett a nagy ünnep semmibe vételével, és milyen kár érte a kenyerek elvesztésével. Frankföld több vidékén marhavész is járt, roppant pusztítással sokaknak okozva helyrehozhatatlan kárt.

Lajos király parancsára szeptember 26-án zsinatot tartottak Köln városában, melyen Liutbert mainzi, Bertulf trieri és Willibert kölni érsekek elnököltek Szászország többi püspökével. Itt, miután sok, az Egyház javát érintő dolgot is megtárgyaltak, az addig még fel sem szentelt Szent Péter-templomot is megáldották. Azt mondják, hogy azon az éjjelen, amelynek reggelén fel akarták szentelni a bazilikát, gonosz lelkek hangját hallották, amint beszélgetnek, és erősen fájlalják, hogy kiűzik őket igen régóta megszállt lakóhelyükről.

tején találkoztak, és mint csatába özönlő seregek, nem csekély félelmet s ugyanakkor bámulatot keltettek a szemlélőkben; ám mindenki azért fohászkodott, hogy a csodajelek jóra forduljanak."

Morante autem Hludowico rege in Aquense palatio venerunt ad eum legati Hludowici imperatoris de Italia simulque Adriani papae, quos ille suscipiens absolvit. Et post paululum inde transiens circa Kalendas Novembris in Baioariam profectus est; ibique cum suis colloquium habens Rastizen gravi catena ligatum sibi praesentari iussit eumque Francorum iudicio et Baioariorum necnon Sclavorum, qui de diversis provinciis regi munera deferentes aderant, morte damnatum luminibus tantum oculorum privari praecepit.

DCCCLXXI.

Hludowicus et Karolus Hludowici regis filii dure accipientes, quod quandam partem regni Francorum, quam rex illis sub testamento post obitum suum habendum delegaverat, ab eis auferri et Karlmanno fratri illorum tradi fama volitante audierunt, congregata multitudine non modica Spirensem pagum occupant contra regem rebellare disponentes. Quod cum rex comperisset, de Baioaria profectus venit ad Franconofurt in Kalendis Februarii missisque nuntiis animos filiorum suorum sibi reconciliari nititur. Sed cum reciproci nuntii diu laborantes rem ad effectum perducere non potuissent, tandem condicto placito (et ad mensem Maium usque dilato) atque pace ex utraque parte iuramento firmata rex quidem in Baioariam se recepit, filii vero illius in loca sibi delegata profecti sunt.

Zuentibald nepos Rastizi apud Karlmannum infidelitatis crimine insimulatus in custodiam missus est. Sclavi autem Ma-

Miközben Lajos király aacheni palotájában időzött, odajárultak hozzá Itáliából Lajos császár, s ugyanakkor Adorján pápa követei, akiket fogadott, majd elbocsájtott. És kicsivel később, november elseje körül innen tovább indulva Bajorországba utazott; és ott embereivel megbeszélést tartva Rastizt nehéz láncra verette hozatta maga elé, és a frankok, valamint bajorok és szlávok, akik jelen voltak, különböző tartományokból hozva ajándékot a királyhoz, halálra ítélték őt, a király parancsára azonban csak a szeme fényétől fosztották meg.

871.

Lajos és Károly, Lajos király fiai meghallották a szállongó hírt, hogy a frankok országának egy részét, melyet a király végrendeletében halála után rájuk hagyott, elveszi tőlük és fivérüknek, Karlmann-nak adja; ezt haragosan fogadták, és nem csekély sokaságot összegyűjtve megszállják Speyer környékét, felkelést tervezve a király ellen. Mikor a király értesült erről, Bajorországból elindulva február elsején Frankfurtba ér, és követeket küldve igyekszik megnyerni fiai jóindulatát. De miután a kölcsönös követjárások sok fáradozással sem tudták sikerre vinni a dolgot, végül egy találkozóban megállapodva (és azt egészen májusig halasztva), valamint a békét mindkét részről esküvel megerősítve a király Bajorországba vonult vissza, fiai pedig a nekik kijelölt helyekre távoztak.

Zuentibaldot, Rastiz unokaöccsét hűtlenség gyanújával feljelentették Karlmann-nál, és őrizetbe vették. A morávai szlávok

rahenses ducem suum perisse putantes quendam presbyterum eius(dem) ducis propinquum nomine Sclagamarum sibi in principem constituunt, ei minantes interitum, ni ducatum super eos susciperet. Qui eisdem necessitate coactus assensum praebens contra Engilscalcum et Willihelmum duces Karlmanni proelia movere et eos ex obsessis civitatibus expellere nititur. Illi vero adversus hostem pari intentione dimicantes et nonnullos de exercitu eius prosternentes eum fugere compulerunt.

Rex Hludowicus mense Maio iuxta condictum placitum venit ad villam Tribure; ibique filiorum suorum animos propter (excaecationem) [obcaecationem] cuiusdam Saxonis ad iracundiam provocavit, ita ut ad eius colloquium nollent venire; erat enim is, qui excaecatus fuerat, Heimrichi comitis vassallus. Rex autem filios inde transeuntes in villa Gerinesheim prosecutus vix ad suum invitavit colloquium et blandis sermonibus et beneficiorum pollicitationibus aliquo modo mitigavit, deinde mense Iunio ad occidentem profectus loca ad se pertinentia peragravit.

Interea Zuentibald, cum nullus crimina, quae ei obiecta fuerant, probare potuisset, a Karlmanno dimissus et muneribus regiis honoratus in regnum suum rediit, ducens secum Karlmanni exercitum quasi Sclagamarum expugnaturus; sic enim per dolum Karlmanno promiserat, si ei ad patriam reditus concederetur. Sed sicut solet incautos et de se praesumentes sequi ignominia, sic illi contigit exercitui; nam Zuentibald ceteris castra metantibus urbem antiquam Rastizi ingressus est statimque Sclavisco more fidem mentitus et iuramenti sui oblitus non ad expugnandum Sclagamarum, sed ad ulciscendam contumeliam a Karlmanno

pedig, azt gondolva, hogy vezérük elveszett, a vezér egyik papját és rokonát, név szerint Sclagamart tették meg fejedelmüknek, halállal fenyegetve, ha nem vállalja felettük a vezérséget. Ő tehát, a szükségtől kényszerítve, beleegyezését adja nekik és megpróbál hadat indítani Engilscalc és Willihelm, Karlmann vezérei ellen, és városaikat megostromolva elűzni őket. Azok pedig, egyforma eltökéltséggel harcolva az ellenséggel, és seregéből sokakat leterítve megfutamítják őt.

Május hónapban Lajos király a kitűzött találkozóra Treburba ment, és ott egy bizonyos szász megvakítása miatt úgy felkeltette fiai dühét, hogy nem akartak eljönni a tanácskozásra; ugyanis az, akit megvakítottak, Heimrich gróf vazallusa volt. Ám a király követte fiait, akik innen Gernsheimbe mentek át, és bár éppen csak hogy, de rávette őket, hogy eljöjjenek a tanácskozásra, és hízelgő beszéddel és javadalmak ígérgetésével valahogy megenyhítette őket. Utána június hónapban nyugatra utazva bejárta a hozzá tartozó birtokokat.

Eközben Zuentibaldot, mivel a neki felrótt bűnöket senki sem tudta bizonyítani, Karlmann szabadon bocsájtotta, és királyi ajándékokkal megtisztelve visszatért országába, magával víve Karlmann seregét, mintha Sclagamarral készülne megküzdeni. Cselből ugyanis ezt ígérte Karlmannak, ha megengedi, hogy hazatérjen. Ám amint utol szokta érni a szégyen az óvatlanokat és önhitteket, úgy esett ezzel a sereggel is; mert Zuentibald, miközben a többiek tábort ütöttek, bevonult Rastiz régi városába, és szláv módra hitszegőn és esküjéről rögtön megfeledkezve erőit és terveit nem Sclagamar legyőzésére, hanem a Karlmann által

sibi illatam vires studiumque convertit. Denique Baioarios nihil mali suspicantes et minus se observantes cum magno exercitu in castris aggressus est et multos ex eis vivos comprehendit ceteris pene omnibus occisis, exceptis his, qui se prius prudenter de castris subtraxerant; omnisque Noricorum laetitia de multis retro victoriis conversa est in luctum et lamentationem. Quibus auditis Karlmannus de exercitus sui interitu nimium consternatus est et necessitate compulsus omnes obsides, qui in suo regno erant, iussit colligi et Zuentibaldo reddi; vixque unum virum nomine Ratbodonem inde seminecem recepit.

Mense Augusto Hludowicus rex cum Karolo fratre suo colloquium habuit prope Masam fluvium; sed nec ibi filios suos secum pacificare potuit; noluerunt enim ad eius colloquium venire propter dilationem beneficiorum, quae eis promissa fuerant. Cum autem falsus rumor exisset Hludowicum Italiae imperatorem ab Adalgiso duce Beneventano insidiose peremptum fuisse et rex tristis de Aquense palatio in orientales partes regni sui rediret, ilico filii eius obviam ei venientes et quibusdam beneficiis ab eo acceptis sine ulla difficultate (ei) [regi] reconciliantur.

Rex vero mense Octobrio cum suis colloquium habuit in Franconofurt; inde in Baioariam profectus contra Behemos inruptionem in regnum suum molientes tutores partium suarum misit, Arnum videlicet episcopum et Ruodoltum comitem aliosque cum eis. Adversarii autem quendam locum vallo (fortissimo) [firmissimo] circumdederunt, iter angustum in ipso aditu facientes, ad insidias scilicet illorum, qui terminos observabant, ut, si forte aliquis ex illis illuc veniret, in ipso angusto itinere

ellene elkövetett gyalázat megtorlására fordította. Ezután a semmi rossztól nem tartó és kevésbé elővigyázatos bajorokat támadta meg nagy sereggel táborukban, és közülük sokakat élve fogott el, miután a többieket szinte mind levágták, kivéve azokat, akik már előbb okosan visszahúzódtak a táborból; és így a noricumiak minden öröme a sok korábbi győzelem felett gyászra és siralomra fordult. Ezek hallatára Karlmann serege pusztulásán erősen felbőszült, és a szükségtől kényszerítve megparancsolta, hogy minden túszt, aki országában volt, gyűjtsenek össze és adják vissza Zuentibaldnak; ám onnan alig egy embert kapott vissza, név szerint Ratbodót, azt is félholtan.

Augusztus hónapban Lajos király fivérével, Károllyal tanácskozást tartott a Maas folyó mellett, ám ott sem tudott kibékülni fiaival; nem akartak ugyanis elmenni a tanácskozásra a nekik megígért javadalmak halogatása miatt. Mikor azonban az a hamis híresztelés támadt, hogy Lajost, Itália császárát Adalgis beneventói herceg tőrbe csalva megölte, és a gyászoló király aacheni palotájából országa keleti részére tért vissza, fiai tüstént elébe menve és némely javadalmakat megkapva minden nehézség nélkül kiengesztelődtek vele.

A király pedig október hónapban tanácskozást tartott embereivel Frankfurtban; innen Bajorországba utazva Arn püspököt és Ruodolt grófot, és velük másokat is kiküldött, hogy őrizzék tartományaikat az országába betörést tervező csehek ellen. Az ellenség pedig az oda vezető úton szűkületet épített ki, egy helyet igen erős sánccal körbevéve, tudniillik a határok védőinek tőrbecsalása végett, hogy ha valaki esetleg arra jönne, a szűkületben másfelé

nusquam declinare valens occideretur. Interea Sclavi Marahenses nuptias faciunt, ducentes cuiusdam ducis filiam de Behemis; quod cum supradicti viri, id est Arn et [alii], qui cum eo erant, comperissent, ilico armati adversarios sequebantur. Illi autem fugientes ad vallum memoratum ignari venerunt; ibique propter (angustiam) loci [angustiam] equis et armis derelictis vix nudi evaserunt. Nostrates vero supervenientes DCXLIIII equos cum frenis et sellis atque eiusdem numeri scuta, quae fugientes dimiserant, invenerunt; et haec nullo resistente tollentes ad castra laeti reversi sunt.

DCCCLXXII.

Mense Ianuario circa epiphaniam Basilii Grecorum inperatoris legati cum muneribus et epistolis ad Hludowicum regem Radesbonam venerunt atque ei inter caetera xenia cristallum mirae magnitudinis auro gemmisque praeciosis ornatum, cum parte non modica salutiferae crucis obtulerunt; qui honorifice suscepti et congrua responsione accepta redierunt in sua.

Rex vero mediante quadragesima apud villam Forahheim generali conventu habito filios suos de regni partitione inter se dissidentes pacificavit et, quam quisque partem post obitum suum tueri deberet, liquido designavit. Ibi(que) [etiam] Hludowicus et Karolus filii eius in conspectu totius exercitus fidem se illi servaturos

kitörni nem tudva, levághassák. Közben a morávai szlávok esküvőt ültek; egy cseh herceg lánya volt a menyasszony. Mikor a fent mondott férfiak, azaz Arn és a többiek, akik vele voltak, megtudták ezt, felfegyverkezve tüstént üldözőbe vették az ellenséget. Azok pedig menekülés közben odaértek az említett sánchoz, amelyről nem tudtak; ott pedig a hely szűkössége miatt lovaikat és fegyvereiket hátrahagyva épp csak hogy ép bőrrel jutottak ki onnan. A mieink nyomukba érve 644 lovat találtak zablástul-nyergestül, és ugyanennyi pajzsot, amelyet a menekülők eldobtak. Ezeket hát ellenállás nélkül elhozva vidáman tértek vissza a táborba.

872.

Január hónapban, vízkereszt[10] körül Vazul görög császár követei érkeztek ajándékokkal és levéllel Lajos királyhoz, Regensburgba, és a többi ajándék között egy bámulatosan nagy, arannyal és drágakövekkel díszített kristályt hoztak neki, az üdvösséghozó Kereszt nem kis darabjával. Tiszteletteljes fogadtatásban részesülve és illő választ kapva tértek haza.

A király pedig böjtközép idején Forchheimben általános gyűlést tartva kibékítette fiait, akik az ország maguk közt való felosztásán viszálykodtak, és világosan kijelölte, hogy az ő halála után melyiküknek melyik országrészt kell őriznie. Ugyanitt fiai, Lajos és Károly is, az egész hadsereg szeme láttára esküvel erősítették

10 Január 6.

esse [omni tempore vitae illorum], iuramento firmaverunt. Inde rex in Baioariam reversus pascha celebravit.

Mense autem Maio misit Thuringios et Saxones contra Sclavos Marahenses, qui, quoniam regem secum non habebant et inter se concordes esse nolebant, idcirco (terga verterunt) hostibus [terga verterunt] et plurimis suorum amissis turpiter redierunt; ita ut quidam comites in illa expeditione fugientes a mulierculis illius regionis verberati et de equis in terram fustibus deiecti referantur. Iterum quidam de Francia mittuntur Karlmanno in auxilium contra Sclavos supradictos; alii destinantur contra Behemos. Qui [Dei adiutorio freti] duces quinque (his nominibus) [quorum ista sunt nomina]: Zuentislan, Witislan, Heriman, Spoitimar, Moyslan, (Goriwei,) cum (magna) [maxima] multitudine sibi rebellare nitentes (Dei auxilio freti) in fugam verterunt et alios quidem occiderunt, alios vero (vulneraverunt. Quidam etiam) in fluvio Fuldaha submerserunt; qui autem evadere potuerunt, in (civitatibus) [civitates] defecerunt. Deinde parte non modica illius provinciae depopulata incolumes reversi sunt. In hac expeditione Liutbertus archiepiscopus primatum tenuit. Hi vero, qui Karlmanno missi sunt in auxilium, id est Arn episcopus et Sigihartus abbas Fuldensis monasterii, quamvis fortiter hostes premendo pugnassent, plurimis tamen suorum amissis cum magna difficultate regressi sunt. Sed dum Karlmannus caedes et incendia in Marahensibus exercuisset, Zuentibald misso clam exercitu copioso Baioarios, qui ad tuendas naves in litore Histri fluminis relicti fuerant, occupavit et alios occidit, alios necavit in flumine, alios vero (captivos) du-

meg, hogy amíg csak élnek, megőrzik hozzá való hűségüket. A király innen Bajorországba visszatérve ünnepelte a húsvétot.

Május hónapban pedig a morávai szlávok ellen elküldte a thüringiaiakat és a szászokat, akik, mivel a király nem volt velük és nem tudtak egyetértésre jutni maguk között, ezért megfutamodtak az ellenségtől, és sok emberüket elveszítve csúfosan tértek haza – olyannyira, hogy állítólag egyes, e vállalkozásban megfutamodó grófokat a környékbeli asszonynép dorongokkal leütött a lóról és megvert. Frankföldről is küldtek embereket Karlmannnak a fent említett szlávok ellen; mások a csehek ellen vonulnak. Ők öt vezért (név szerint Zuentislan, Witislan, Heriman, Spoitimar, Moyslan),[11] akik nagy sokasággal keltek fel ellenük, Isten segítségével megfutamították és egyeseket levágtak, másokat pedig megsebesítettek, míg némelyek a Moldva folyóba fulladtak. Akik el tudtak menekülni, a városokban húzták meg magukat. Ezután a tartomány nem csekély részét feldúlva, sértetlenül tértek vissza. Ebben a vállalkozásban Liutbert érsek volt a fővezér.

Azok pedig, akiket Karlmannhoz küldtek segítségül, azaz Arn püspök és Sigihart, a fuldai monostor apátja, noha az ellenséget bátran szorongatva csatáztak, mégis igen sok emberüket elvesztve, csak igen bajosan tértek vissza. Ám, amíg Karlmann öldökölt és gyújtogatott a moráviaiaknál, Zuentibald, titkon bőséges sereget küldve legyűrte a bajorokat, akiket a Duna folyó partján hagytak a hajók őrzésére, és egyeseket levágott, másokat a folyóba

11 Az 1. kódexcsoport még felsorolja: Goriwei.

xit[captivos]; nullusque inde nisi Embricho Radesbonae civitatis episcopus cum paucis evasit.

Omne tempus aestivum grandinibus variisque tempestatibus pernoxium extitit; nam grando plurima loca frugibus devastavit; (horrida) [horrenda] etiam tonitrua et fulmina pene cotidie mortalibus interitum minabantur, quorum ictibus praevalidis homines et iumenta in diversis locis exanimata et in cinerem redacta narrantur. Domus quoque sancti Petri apud Wormatiam igne caelesti consumpta est et muri penitus eversi. Sed et terrae motus III. Non. Decembris hora prima Mogontiam concussit civitatem.

Rex autem disposita Baioariorum regione ad Franconofurt mense Decembri venit ibique natalem Domini celebravit.

DCCCLXXIII.

Mense vero Ianuario cum suis undique convenientibus de statu regni sui et utilitate in loco supradicto placitum habere disposuit; ibique Domino faciente eius bonitas magnifice demonstrata est et quorundam malitia illi insidiantium denudata. Nam cum VII. Kal. Februar. curiam introisset, in praesentia illius et optimatum suorum, episcoporum videlicet atque comitum, malignus spiritus Karolum filium eius minimum invasit et graviter vexavit, ita ut a

ölt, megint másokat pedig fogolyként hurcolt el; nem is menekült meg innen senki, csak Embricho, Regensburg városának püspöke néhány emberrel.

Az egész nyári időszak igen nagy kárt okozott jégesőkkel és sokféle viharokkal; a jégeső ugyanis sok helyen letarolta a termést, a halandókat szinte minden nap borzasztó mennydörgés és villámlás fenyegette halállal; azt mesélik, ezek súlyos csapásai különböző helyeken embereket és igásállatokat is megöltek és hamuvá égettek. Wormsban Szent Péter templomát is elemésztette az égi tűz, és falai teljesen ledőltek; Mainz városát pedig december 3-án az első órában[12] földrengés rázta meg.

A király pedig, elrendezve a bajorok tartományát, december hónapban Frankfurtba ment, és ott ünnepelte az Úr születését.

873.

Január hónapban pedig úgy rendelkezett, hogy a fent mondott helyen, embereit mindenhonnan összehívva tanácskozást tart az ország állapotáról és javáról; és itt, Isten műveként, csodálatosan megnyilvánult az ő jósága és lecsupaszítva feltárult egyesek gonoszsága, akik csapdát állítottak neki. Január 28-án ugyanis, amikor belépett palotájába, az ő és főemberei, tudniillik püspökei és grófjai jelenlétében a gonosz lélek megszállta és súlyosan meggyötörte legkisebb fiát, Károlyt, annyira, hogy hat igen erős férfi is alig tudta

12 Ti. a napfelkelte utáni első órában.

sex viris fortissimis vix teneri potuisset; et quidem satis iuste. Qui enim regem a Deo electum et ordinatum decipere voluit, deceptus est, qui patri suo insidiose laqueos tendere consiliatus est, ipse in laqueos incidit diaboli, quatenus ex ipsa vexatione diabolica disceret non esse consilium contra Deum. Rex autem et omnes, qui cum illo erant, vehementer contristati lacrimas fuderunt. Cumque duceretur ad aecclesiam, ut episcopi pro eius sanitate Domino supplicarent, nunc exili nunc grandi voce clamitans morsum se tenentibus aperto ore minabatur. Conversus itaque rex ad aequivocum suum ait: „Videsne, o fili, cuius dominio vos mancipatis, tu et frater tuus, quando contra me aliquid sinistrum machinari cogitatis? Modo intellegere poteris, si antea noluisti, quod iuxta veritatis sententiam nihil opertum est, quod non reveletur. Confitere ergo peccata tua et age poenitentiam et Deum humiliter postula, ut tibi relaxentur. Ego etiam, quantam in me est, tibi indulgentiam tribuo". Idem vero Karolus post sedatam infestationem diaboli viva voce multis audientibus retulit se totiens adversae potestati traditum, quotiens contra regem conspirationem inisset.

Karolus Galliae tyrannus paterna miseratione deposita Karlmannum filium suum in diaconatus officio positum excaecare praecepit.

Exactis autem diebus quadragesimae et ebdomada paschali finita rex de Franconofurt transiens in villa Bisestat prope Wormatiam placitum habuit filiosque suos, Hludowicum videlicet et Karolum, ad audiendum singulorum causas constituit; et quicquid illi per se terminare non possent, patris iudicio reservarent.

lefogni. És bizony elég jogosan történt ez; rajtavesztett ugyanis az, aki az Isten által kiválasztott és rendelt király vesztére tört, maga esett az ördög tőrébe, aki olyan tervet forralt, hogy orvul tőrt vet apjának, hogy éppen az ördög zaklatásából tanulja meg: Isten ellen nincs terv. A király pedig, és mindenki, aki vele volt, erősen elszomorodva könnyekben törtek ki. S mikor a templomba vezették, hogy a püspökök könyörögjenek az Úrhoz gyógyulásáért, hol gyenge, hol mennydörgő hangon kiáltozva, száját kitátva harapással fenyegette az őt lefogókat. A király pedig azonos nevű fiához fordulva így szólt: „Nem látod, ó fiam, kinek az uralma alá vetitek magatokat, te és fivéred, amikor azon gondolkodtok, hogy valami rosszat forraljatok ellenem? Most megértheted, ha azelőtt nem tudtad, hogy az Igazság kijelentésének megfelelően semmi elrejtett nincs, amit fel ne fednének.[13] Valld tehát meg bűneidet és tarts bűnbánatot, és kérd alázattal az Istent, hogy bocsásson meg neked. Én is, amennyire rajtam múlik, megadom neked a bocsánatot." Maga Károly pedig, az ördögi támadás elültével, sokak hallatára élőszóval elismerte, hogy annyiszor adta át magát az ellenséges hatalomnak, ahányszor összeesküvésbe bocsátkozott a király ellen.

Károly, Gallia trónbitorlója az atyai irgalmat félretéve megparancsolta, hogy fiát, a diakónusi hivatalba helyezett Karlmannt vakítsák meg.

A nagyböjt napjainak és húsvét hetének végeztével a király Frankfurtból átmenve a Worms közelében levő Bürstadtban ta-

13 Máté 10,26.

Unde accidit, ut undique venientium querimoniis legitime terminatis unusquisque cum gaudio rediret in sua. Venerunt quoque illuc Sigifridi Danorum regis legati pacis faciendae gratia in terminis inter illos et Saxones positis et ut negotiatores utriusque regni invicem transeuntes et mercimonia deferentes emerent et venderent pacifice; quae omnia rex ex sua parte rata fore promisit. Quidam etiam (Alamannus) [de Alamannia] nomine Berehtrammus, qui superiore anno in Marahensibus Sclavis fuerat comprehensus, a Zuentibaldo dimissus venit ad regem et legationem sibi ab eodem duce iniunctam retulit, sicut prius iuramento constrictus se facturum esse pollicitus est.

Inde rex circa Kalendas Maii Mogontiacum veniens per alveum Rheni fluminis navigio vectus Aquense palatium petiit; ibique cum suis secretum habuit colloquium et Rorichum per obsides ad se venientem in suum suscepit dominium.

Deinde mense Augusto cum apud urbem Mediomatricorum generalem conventum habuisset, Halbdeni frater Sigifridi regis etiam suos ad eum nuntios misit eadem postulans, quae frater suus postulaverat; videlicet ut rex legatos suos ad fluvium nomine (Agadoram) [Egidoram], qui illos et Saxones dirimit, mitteret et illi eisdem occurrentes pacem ex utraque parte omni tempore stabilem confirmarent. Optulerunt quoque idem nuntii gladium regi pro munere aureum habentem capulum, obnixe flagitantes, ut rex dominos suos, supradictos scilicet reges, in loco filiorum habere dignaretur, et illi eum quasi patrem venerari vellent cunctis diebus vitae suae.

nácskozást tartott, és fiait, Lajost tudniillik és Károlyt bízta meg az egyes ügyek meghallgatásával; és amit azok maguktól nem tudtak elvégezni, atyjuk ítéletére hagyták. Így esett, hogy mivel a mindenfelől érkezők panaszait törvényesen orvosolták, ki-ki örömmel térhetett haza. Odajöttek Sigifrid dán király követei is, hogy békét kössenek, miután köztük és a szászok közt megállapították a határokat, és hogy mindkét ország kereskedői, kölcsönösen átjárva és árukat szállítva békésen vásárolhassanak és adhassanak el; a király mindezeket a maga részéről megígérte. Egy alamann is, név szerint Berehtramm, akit az előző évben a morávai szlávok fogtak el, de Zuentibald elengedte, a királyhoz járulva közvetítette az említett fejedelem által rábízottakat, amint ezt előtte esküvel kötelezve megígérte.

Innen a király május elseje körül Mainzba menve, a Rajna folyásán hajóval utazva aacheni palotájába igyekezett, s ott övéivel titkos tanácskozást tartott és Rorichot, aki túszok révén eljött hozzá, szolgálatába fogadta.

Azután augusztus hónapban, amikor Metz városánál általános gyűlés tartott, Halbdeni, Sigifrid király fivére is elküldte hozzá követeit, ugyanazokat kérve, amiket fivére kért, tudniillik hogy a király küldje el követeit az Eider nevű folyóhoz, amely elválasztja őket és a szászokat, és ők, találkozva azokkal, mindkét részről minden időkre maradandó békét szilárdítsanak meg. Ugyanezek a követek hoztak ajándékba a királynak egy arany markolatú kardot is, erősen kérlelve, hogy a király uraikat, tudniillik a fent említett királyokat, méltóztasson fiainak tekinteni, ők pedig életük minden napján atyjukként tisztelik majd. Meg is esküdtek, népük

Iurabant etiam iuxta ritum gentis suae per arma sua, quod nullus deinceps de regno dominorum suorum regnum regis inquietare aut alicui in illo laesionem inferre deberet; quae omnia rex gratanter accepit et postulata se facturum esse spopondit. Quibus in patriam reversis rex per Alsatiam transiens Argentoratum venit; ibique Rheno flumine transito in Baioariam profectus est.

Eodem anno facta est fames valida per universam Italiam atque Germaniam, et multi inedia consumpti sunt. Tempore vero novarum frugum novi generis plaga et prima in gente Francorum visa Germanicum populum [peccatis exigentibus] non mediocriter afflixit. Nam vermes quasi locustae quatuor pennis volantes et sex pedes habentes ab oriente venerunt et universam superficiem terrae instar nivis operuerunt cuncta, quae in agris et in pratis erant viridia, devastantes. Erant autem ore lato et extenso intestino duosque habebant dentes lapide duriores, quibus tenacissimas arborum cortices corrodere valebant. Longitudo et (crassitudo) [grossitudo] illarum quasi pollex viri; tantaeque erant multitudinis, ut una hora diei centum iugera frugum prope urbem Mogontiam consumerent. Quando autem volabant, ita totum aerem per unius miliarii spatium velabant, ut splendor solis in terra positis vix appareret; quarum nonnullae in diversis locis occisae spicas integras cum granis et aristis in se habuisse repertae sunt. Quibusdam vero ad occidentem profectis supervenerunt aliae, et per duorum mensium curricula pene cotidie suo volatu horribile cernentibus praebuere spectaculum. In Italia in pago Brixiensi tribus diebus et tribus noctibus sanguis de caelo pluisse narratur.

szokása szerint fegyvereikre, hogy ettől fogva uraik országából senki sem háborgatja a király országát vagy árt bármely lakosának. Mindezeket a király szívélyesen fogadta, és ígéretet tett, hogy a kéréseket teljesíti. Miután ezek visszatértek hazájukba, a király Elzászon átutazva Strassbourgba ment, s ott a Rajna folyón átkelve Bajorországba utazott.

Ugyanebben az évben nagy éhínség lett egész Itáliában és Germániában, és sokan éhen haltak. Az új termés idején pedig újfajta csapás (melyet először Frankföldön láttak) sújtott le súlyosan bűneik miatt Germánia népére. Ugyanis négy szárnnyal repülő, hatlábú, sáskaszerű kártevők érkeztek keletről, és mint a hó, ellepték a föld egész felszínét, elpusztítva mindent, ami zöldellt a földeken és a réteken. Szájuk széles volt és potrohuk hosszú, és két, kőnél is keményebb foguk volt, mellyel a legkeményebb fakérget is át tudták rágni. Hosszuk és vastagságuk mintegy férfihüvelyknyi; és olyan tömegben jöttek, hogy a nap egy órája alatt Mainz város közelében száz hold termését felzabálták. Amikor pedig repülve vonultak, annyira eltakarták az egész eget egy mérföldnyi távolságra, hogy a nap fénye alig jutott el a földön levőkre; a különböző helyen megölt példányokban egész kalászokat találtak, a magokkal és szálkákkal együtt. Miután pedig egy részük nyugatra indult, a többiek követték azokat, és két hónapig folyamatosan, szinte minden nap borzasztó látványosságot nyújtottak repülésükkel a bámészkodóknak. Azt mesélik, hogy Itáliában, Brescia környékén három nap és három éjjel vér hullott az égből.

Június hónapban Rudolf, egy királyi származású normann, aki zsákmányolva és gyújtogatva gyakorta dúlta Károly országát,

Mense Iunio Hruodolfus quidam Nordmannus de regio genere, qui regnum Karoli praedis et incendiis saepenumero vastaverat, classem duxit in regnum Hludowici regis, in comitatum videlicet Albdagi, missisque nuntiis praecepit habitatores loci illius tributa sibi pendere. Qui cum respondissent se non debere tributa solvere nisi Hludowico regi eiusque filiis et se nequaquam in hoc negotio ei assensum esse praebituros, ille vehementer iratus iuravit prae superbia se cunctis maribus occisis mulieres et parvulos cum omni substantia (eorum) [illorum] in captivitatem esse ducturum, ignarus vindictae, quae eum de caelo erat secutura. Statimque terram illorum ingressus bellum adversus eos instauravit. Illi autem Dominum invocantes, qui eos saepius (liberaverat) ab hostibus [liberaverat], hosti infestissimo armati occurrerunt, consertoque proelio ipse Ruodolfus cecidit primus et cum eo octingenti viri; ceteri vero, cum ad naves effugere non potuissent, in quodam aedificio se tutati sunt. Quod Frisiones obsidentes conferebant ad invicem, quid de eis facere debuissent; cumque diversi diversa dixissent, unus Nordmannus, qui christianus effectus longo tempore cum eisdem Frisionibus conversatus est et eiusdem certaminis dux erat, ceteros hoc modo affatus est: „O boni commilitones, sufficit nobis huc usque pugnasse, quia, quod modo nos pauci contra plurimos praevaluimus hostes, non nostris deputandum est viribus, sed Dei gratiae. Scitis etiam, quod oppido lassi sumus et plurimi nostrum graviter vulnerati; isti autem, qui hic intus latitant, in desperatione positi sunt. Si contra eos pugnare coeperimus, non eos sine cruenta

hajóhadat vezetett Lajos király országába, tudniillik Albdag grófságba,[14] és követeket küldve megparancsolta a helyi lakosoknak, hogy fizessenek neki adót. Mikor azok azt válaszolták, hogy nem kötelesek adót fizetni, csak Lajos királynak és fiainak, és hogy ez ügyben semmiképp sem nyeri el beleegyezésüket, erősen megharagudva gőgjében megesküdött, hogy az összes férfit megölve az asszonyokat és kisgyerekeket minden javaikkal együtt fogságba hurcolja – nem tudva a büntetésről, amely az égből készült utolérni őt. Így rögtön be is hatolva földjükre, háborút indított ellenük. Ők azonban az Urat hívva segítségül, aki már sokszor megszabadította őket az ellenségtől, felfegyverkezve összecsaptak a vad ellenséggel, s a csata kezdetén maga Rudolf esett el elsőként, és vele együtt nyolcszász férfi; a többiek pedig, mivel nem tudtak a hajókhoz menekülni, valami épületben kerestek menedéket. A frízek ezt ostromolva tanácskoztak maguk közt, hogy mit kéne tenniük velük; s bár mindenki mást mondott, egy normann, aki kereszténnyé válva már hosszú ideje e frízek közt élt, és ennek az ütközetnek a hadvezére volt, ily módon szólt a többiekhez: „Ó, jó katonatársaim, elég nekünk, hogy egészen eddig harcoltunk! Mert azt, hogy most kevesen felülkerekedtünk a rengeteg ellenségen, nem saját erőnknek kell tulajdonítani, hanem Isten kegyelmének. Tudjátok azt is, hogy felettébb kimerültek vagyunk és nagyon sokan súlyosan sebesültek is; azok pedig, akik itt bent bújtak el, kétségbe vannak esve. Ha harcba kezdenénk velük, nem

14 Ostergau, Fríziában.

obtinebimus victoria; si autem illi fortiores extiterint, - varius enim eventus est proelii, - forsitan nobis expugnatis securi discedent iterum nocituri. Consultius ergo mihi videtur, ut obsides ab eis accipiamus et quosdam ex illis inlaesos abire patiamur ad naves et obsides interim retineamus, donec mittant universam pecuniam, quam in navibus retinent, prius tamen praestito (iuramento) [sacramento], ne ultra in regnum Hludowici regis redeant". Huius itaque consilio ceteri consenserunt et obsidibus acceptis quosdam ad naves ire permiserunt. Illi autem miserunt pecuniam multam valde et obsides, quos dederant, receperunt, prius tamen, ut dixi, praestito sacramento, ne ultra in regnum Hludowici regis redirent. Ac deinde cum magna confusione ac sui detrimento, etiam sine duce a finibus illis discesserunt.

Mense Novembrio Agathon archiepiscopus, Basilii Grecorum imperatoris legatus, ad renovandam pristinam amicitiam cum epistolis et muneribus ad Hludowicum regem Radesbonam venit; quem rex honorifice suscepit et absolvit.

Thachulfus comes et dux Sorabici limitis mense Augusto (moritur) [defunctus est].

DCCCLXXIIII.

Hiems aspera nimis et solito prolixior; nix quoque inmensa a Kalendis Novembris usque in aequinoctium vernale sine intermissione cadens magnum hominibus fecit impedimentum silvas

kerítenénk őket hatalmunkba, csak véres győzelem árán; ha pedig ők bizonyulnának erősebbnek – többféle lehet ugyanis a csata kimenetele – talán minket legyőzve biztonságban távoznának, hogy aztán ismét kárunkra legyenek. Megfontoltabb tervnek tűnik tehát számomra, hogy túszokat szedjünk tőlük, és közülük egyeseket engedjünk sértetlenül elmenni a hajókhoz, és a túszokat addig itt tartsuk, amíg elküldik az összes pénzt, amelyet a hajókon tartanak, előtte azonban szent esküt véve tőlük, hogy többet nem jönnek vissza Lajos király országába." Az ő tervével aztán a többiek is egyetértettek, és túszokat szedve megengedték, hogy egyesek a hajókhoz menjenek. Azok pedig rengeteg pénzt küldtek, és a túszokat, akiket adtak, visszakapták, ám előbb, amint mondtam, letéve az esküt, hogy többé nem jönnek vissza Lajos király országába. Ezután pedig teljesen összezavarodva és kárvallottan, ráadásul vezérük nélkül távoztak azokról a végekről.

November hónapban Agathón érsek, Vazul görög császár követe érkezett Regensburgba Lajos királyhoz, levelekkel és ajándékokkal, hogy felújítsa a korábbi barátságot; a király tisztelettel fogadta és bocsájtotta el.

Thachulf, gróf és a szorb határ őrgrófja augusztus hónapban meghalt.

874.

A tél igen kemény és a szokásosnál hosszabb; a roppant mennyiségű hó pedig, amely november elsejétől egészen a tavaszi nap-

petere lignaque colligere. Unde accidit, ut non solum animalia, verum etiam homines plurimi frigore perirent. Sed et Rhenus et Moenus glaciali rigore constricti longo tempore se sub vestigiis incedentium calcabiles praebuerunt.

Sorabi et Siusli eorumque vicini Thachulfo defuncto defecerunt; quorum audaciam Liutbertus archiepiscopus et Ratolfus Thachulfi successor ultra Salam fluvium mense Ianuario profecti praedis et incendiis sine bello compresserunt et eos sub pristinum redegerunt servitium.

Eodem mense Hludowicus iunior apud sanctos Marcellinum et Petrum cum quibusdam patris sui consiliariis secretum habuit colloquium, quod regem de Baioaria traxit in Franciam. Venit enim circa Kalendas Februar. ad Franconofurt ibique de concordia et statu regni cum fidelibus suis consiliatus est. Diebus autem quadragesimae, cum negotiis secularium rerum depositis orationi vacaret, vidit quadam nocte in somnis genitorem suum Hludowicum imperatorem in angustiis constitutum, qui eum hoc modo latino affatus est eloquio: „Adiuro te per dominum nostrum Iesum Christum et per trinam maiestatem, ut me eripias ab his tormentis, in quibus detineor, ut tandem aliquando vitam possim habere aeternam". Hac ergo visione perterritus epistolas per cuncta regni sui monasteria destinavit, obnixe postulans, ut

éjegyenlőségig[15] szüntelenül esett, igen megnehezítette, hogy az emberek kimehessenek az erdőbe fát gyűjteni. Emiatt történt az, hogy nem csak állatok, hanem sok ember is odaveszett a fagyban. A Rajna és a Majna is beállt a fagyban, hosszú ideig járhatónak bizonyulva a rajta közlekedők lépései alatt.

A szorbok és sziuszliak, illetve a velük szomszédos népek Thachulf halála után elpártoltak; vakmerőségüket Liutbert érsek és Ratolf, Thachulf utódja törte le január hónapban a Saale folyón túl vonulva, ütközet nélkül fosztogatva és gyújtogatva. Vissza is kényszerítették őket korábbi szolgasorukba.

Ugyanebben a hónapban az ifjabbik Lajos Szent Marcellnél és Péternél[16] atyja néhány tanácsosával titkos megbeszélést tartott, ami a királyt arra késztette, hogy Bajorországból visszatérjen Frankföldre. Február elseje körül meg is érkezett Frankfurtba, ahol híveivel az ország egységéről és állapotáról tanácskozott. A nagyböjt napjai alatt pedig, mivel a világi dolgok ügyeit félretette, és időt szánt az imára, egyik éjjel meglátta álmában édesapját, Lajos császárt, amint szorongattatásában így szólította meg ékes latinsággal: „Könyörgök hozzád urunkra, Jézus Krisztusra és a Hármas Felségre, hogy ragadj ki engem e kínokból, melyek közt fogva vagyok, hogy végre-valahára elnyerhessem az örök életet!" – E látomástól megrettenve tehát levelet küldött országa minden kolostorába, erősen kérve, hogy könyörgéseikkel járjanak köz-

15 Március 21.

16 Seligenstadtban.

animae in tormentis positae suis apud Dominum precibus intervenirent. Unde datur intellegi, quod, quamvis memoratus imperator multa laudabilia et Deo placita fecisset, plurima tamen legi Dei contraria in regno suo fieri permisit. Si enim, ut cetera omittam, haeresi Nicolaitarum viriliter restitisset et monita Gabrielis archangeli, quae Einhartus [abbas] duodecim capitulis comprehensa ei obtulit legenda et facienda, observare curasset, forsitan talia non pateretur. Sed quia Deus, ut scriptum est, nullum peccatum impunitum dimittet et iuxta apostolum non solum, qui ea faciunt, sed qui consentiunt facientibus, digni sunt morte, merito poenas luere iussus est, qui, dum potuit, sibi commissorum errata vel admonitus corrigere noluit.

Rex autem Hludowicus in ebdomada paschali Fuldense monasterium (causa orationis) petiit [causa orationis] et inde reversus generalem habuit conventum in villa Tribure. Inde in Italiam per Alpes Noricas transiens cum Hludowico nepote suo et Iohanne Romano pontifice haud procul ab urbe Verona colloquium habuit. Indeque rediens cum Karlmanno et Hludowico filiis suis in villa Forahheim locutus est ibique legatos Zuentibaldi pacem petentes et fidelitatem promittentes suscepit. Cuius legationis princeps erat Iohannes presbyter de Venetiis, qui etiam, ut ei rex omni ambiguitate remota crederet, quicquid verbis dicebat, sacramento firmabat, videlicet ut Zuentibald regi fidelis permaneret cunctis diebus vitae suae et censum a rege constitutum per annos singulos solveret, si ei tantummodo quiete agere et pacifice vivere concederetur. Behemorum quoque nuntia rex audivit et absolvit et post haec in Baioariam se recepit.

ben az Úrnál a szenvedő lélekért. Megérthető ebből, hogy bár az említett császár sok dicséretes és az Úrnak tetsző dolgot tett, ám megengedte, hogy számos Isten törvényével ellentétes dolog történjen országában. Ha ugyanis, hogy a többit ne is említsem, erélyesen fellépett volna a nikolaiták eretneksége ellen, és betartatta volna Gábriel arkangyal intelmeit, melyeket Einhard apát tizenkét pontba foglalva odaadott neki, hogy olvassa el és cselekedje meg, talán nem kell így szenvednie. Ám mivel az Isten, mint írva van, semmi bűnt nem hagy büntetlenül, és az apostol szerint[17] *nem csak azok, akik elkövetik, hanem azok is, akik egyetértenek az elkövetőkkel, méltók a halálra*, méltán rendelkezett úgy, hogy elvegye büntetését az, aki, mikor megtehette volna, a rábízottak tévelygéseit még figyelmeztetés ellenére sem akarta helyesbíteni.

Lajos király pedig húsvét hetében a fuldai monostorba ment, hogy imádkozzon, és innen visszatérve általános gyűlést tartott Treburban. Innen a Nóri-Alpokon átkelve Itáliába, Verona városától nem messze tanácskozást tartott Lajossal, unokaöccsével és János római pápával. Innen pedig visszatérve Karlmannal és Lajossal, fiaival tartott megbeszélést Forchheimben, és itt fogadta Zuentibald békét kérő és hűséget ígérő követeit is. E követség feje a velencei János presbiter volt, aki, hogy a király minden kételytől mentesen higgyen neki, minden szavát esküvel is megerősítette, tudniillik hogy Zuentibald megmarad a király hívének élete minden napján, és évente megfizeti a király által megállapított adót, ha így nyuga-

17 Pál apostol, Róm 1, 32, enyhén átfogalmazva.

Mense autem Iulio de Baioaria venit ad Franconofurt et inde post paululum transiens apud villam Biburg conscensis navibus ad Aquisgrani palatium perrexit; exactoque ibi tempore non modico tandem mense Decembre cum fratre suo Karolo habita collocutione apud sanctum Lantbertum rediit in Franciam venitque Mogontiacum XIII. Kal. Ianuar. et inde ad Franconofurt ibique natalem Domini celebravit.

Hoc anno fame et pestilentia per universam Galliam et Germaniam grassantibus pene tercia pars humani generis consumpta est. Hemma quoque regina morbo paralisi correpta usum loquendi amisit.

DCCCLXXV.

Rex Hludowicus hiemavit in Franconofurt et post pascha perrexit in Baioariam invisere reginam. Inde rediens circa Kalendas Iunii venit ad Tribure ibique generale placitum habuit. Tunc inter Francos et Saxones seditio non modica exorta est, et nisi Hludowicus iunior citius cum suis intervenisset, iam districtis gladiis mutua se caede truncassent.

Stella cometes VIII. Id. Iunii in aquilonali parte prima hora noctis apparuit plus solito scintillans comasque spargens, rem

lomban lehet és békében élhet. A csehek követeit is meghallgatta és elbocsájtotta a király, és ezek után Bajorországba vonult vissza.

Július hónapban aztán Bajorországból Frankfurtba ment, és innen kicsivel később tovább menve Biberichnél hajóra szállva aacheni palotájába utazott. Itt nem kevés időt eltöltve, végül december hónapban fivérével, Károllyal megbeszélést tartva Szent Lambertnél,[18] visszatért Frankföldre, és december 20-án Mainzba ment, onnan Frankfurtba, s ott ünnepelte meg az Úr születését.

Ebben az évben az egész Galliában és Germániában elharapódzó éhínség és pestis az emberi faj majd' harmadát elvitte. Hemma királynő is, bénulásos betegséget kapva, elvesztette beszédképességét.

875.

Lajos király Frankfurtban töltötte a telet, és húsvét[19] után Bajorországba indult meglátogatni a királynőt. Innen június elseje körül visszatérve Treburba ment, és ott általános gyűlést tartott. Akkor a frankok és a szászok között nem jelentéktelen lázongás támadt, és ha az ifjabbik Lajos nem lép közbe mihamarabb embereivel, már kivont karddal láttak volna neki egymás felkoncolásának.

Június 6-án az éjszaka első órájában északkeletről üstökös-csillag jelent meg, amely a szokottnál jobban ragyogott és csóvát

18 Liége.

19 Március 27.

stupendam, immo lugendam, quae cito secuta est, sua apparitione praemonstrans, quamvis adhuc peccatis nostris exigentibus graviora significare timeatur. Nam villa quaedam in pago Nitense nomine Asgabrunno a fluminibus et torrentibus longe remota subitanea imbrium inundatione pene deleta est, et octuaginta octo homines utriusque sexus in ea deleti. Dum enim homines eiusdem loci V. Non. Iul. dormitum issent nihil mali suspicantes, tanta pluvia uno momento caelitus lapsa est, ut omnes arbores et vineas, quas tangebat in eadem villa, radicitus exstirparet, aedificia funditus everteret, iumenta et animalia cum omnibus, quae in domibus erant, perditioni traderet. Aecclesia quoque eiusdem villae cum suo altari ita deleta est, ut modo cernentibus nullum suae constructionis praebeat indicium. Erat autem ibi videre misera; nam cum feminae liberis et viri coniugibus manum porrigentes subvenire niterentur, impetu aquarum rapti una cum eis, quibus auxilio esse volebant, extincti sunt. Sed et cadavera longo tempore tumulata vi aquarum de sepulchris soluta cum vasculis, quibus inerant, in terminis alterius villae reperta sunt.

Mense Augusto rex Hludowicus cum filiis et fidelibus suis colloquium habuit in villa Tribure. Interea Hludowicus Italiae

terített szét, megjelenésével előre jelezve azt a bámulatos, sőt inkább gyászos dolgot, amely gyorsan követte azt, noha bűneink következményeképp félő, hogy még súlyosabb dolgokat is jelez.

Mert egy Niddagau[20] körzetében fekvő birtokot, név szerint Asgabrunnt,[21] mely folyóktól és patakoktól messze távol fekszik, egy felhőszakadás hirtelen áradása szinte teljesen eltörölt, és nyolcvannyolc, mindkét nembeli embert is elsodort. Amikor ugyanis július 3-án a helybéli emberek semmi rossztól nem tartva aludni mentek, akkora zivatar szakadt le az égből egy pillanat alatt, hogy minden fát és szőlőt, melyet elért abban a faluban, gyökerestül kitépett, az épületeket alapjukig ledöntötte, a marhákat és állatokat mindazzal együtt, ami a házakban volt, a pusztulásnak adta. Úgy eltörölte ugyanezen település templomát is oltárával együtt, hogy aki most nézi meg, még csak nyomát sem látja, hol állt az épület. Szörnyű volt nézni is: mert mikor az asszonyok gyermekeiknek, férfiak feleségüknek próbáltak segíteni karjukat nyújtva, az árvíz sodrásától elragadva pusztultak el azokkal együtt, akiknek segítségére akartak lenni. Sőt még a hosszú idővel azelőtt eltemetett holttesteket is kimosta a víz ereje koporsójukkal együtt, melyekben voltak, és ezeket a szomszéd település határában találták meg.

20 A Nidda folyó mellett, a mai Friedberg közelében.

21 Ma Eschborn.

imperator [moritur],[3] cuius corpus translatum Mediolani in basilica sancti Ambrosii sepultum est.

Quod cum Karolus Galliae tyrannus comperisset, ilico regnum Italiae invasit et omnes thesauros, quos invenire potuit, unca manu collegit. Unde Hludowicus rex iratus Karlmannum cum exercitu per Baioariam destinavit in Italiam; ipse vero iuncto sibi aequivoco suo cum manu valida regnum Karoli ingressus est, ut eum de Italia exire compelleret. Exercitus autem, qui regem sequebatur, versus ad praedam cuncta, quae invenit, diripuit atque vastavit.

Karolus vero audito Karlmanni adventu in Italiam primo clusis Alpium se defendere nititur, sed nihil proficit; Karlmannus enim loca accessu difficilia cum suis praeoccupavit. Ille autem, dum negotium ferro decernendum timuisset, - est enim lepore timidior, - ad calliditatem solitam convertitur; nam aurum et argentum gemmasque preciosas infinitae multitudinis Karlmanno obtulit, ut eum sibi placare et a paterna fidelitate segregare potuisset, iuravitque se de Italia cito exiturum et Hludowici fratris sui iudicio illud regnum disponendum reservaturum, si Karlmannus inde discederet.

Quo inde discedente et promissionibus eius credente ille, quaecumque pollicitus est, mentitur et, quanta potuit velocitate, Romam profectus est; omnemque senatum populi Romani pecunia more Iugurthino corrupit sibique sociavit; ita ut etiam Io-

3 Hic lacuna est in codicibus; *moritur* addit manus tantum recentior in codice 2.

Augusztus hónapban Lajos király fiaival és híveivel megbeszélést tartott Treburban. Közben Lajos, Itália császára [meghalt];[22] testét átszállítva Milánóban temették el, a Szent Ambrus-bazilikában. Mikor Károly, Gallia trónbitorlója értesült erről, tüstént megszállta Itália királyságát, és minden kincset, amit csak fellelhetett, mohó kézzel összegyűjtött. Emiatt megharagudva Lajos király Karlmannt hadsereggel Itáliába küldte Bajorországon át, maga pedig, névrokonát maga mellé véve erős csapattal megtámadta Károly országát, hogy Itália elhagyására kényszerítse. A sereg azonban, amely a királyt követte, fosztogatásba kezdve elrabolt és feldúlt mindent, amit csak talált. Károly pedig, hallva Karlmann Itáliába érkezéséről, először az Alpok hágóinál kísérli meg a védekezést, ám semmire sem megy: Karlmann ugyanis már előbb elfoglalta embereivel a nehezen megközelíthető helyeket. Ő pedig, mivel félt attól, hogy karddal kell döntésre vinni a dolgot – a nyúlnál is ijedősebb ugyanis –, a szokott ravaszkodáshoz fordul: mert végtelen sokaságú aranyat és ezüstöt, értékes drágakövet ajánlott Karlmannak, hogy megbékíthesse és apja iránti hűségétől eltéríthesse, s megesküdött, hogy hamar elhagyja Itáliát és fivére, Lajos rendelkezésére bocsájtja ezt az országot, ha Karlmann eltávozik innen. Miután ő eltávozott onnan és elhitte az ígéreteket, amaz megszegett mindent, amit csak megígért, és amilyen gyorsasággal csak tudott, Rómába indult, s a római nép teljes szenátusát Iugurtha módjára pénzzel korrumpálta és a maga oldalára állította, annyira, hogy János pápa is, kérésének engedve,

22 A ránk maradt kódexekből hiányzik a szó; a 2. kódexben ez áll későbbi kéz kiegészítéseként.

hannes papa votis eius annuens corona capiti eius inposita eum imperatorem et augustum appellare praecepisset. Qualiter autem regnum illud postea cum suis disposuerit qualiterve cum thesauris, quos tulerat, in regnum suum redierit quantasque caedes et incendia in itinere exercuerit, quia certum (latorem) non habui [latorem], scribere nolui. Melius est enim tacere quam falsa loqui.

DCCCLXXVI.

Hludowicus rex misericordia motus multorumque precibus exoratus, ne Galliae regionem propter Karoli sulticiam perderet, (mense Ianuario) in regnum suum [mense Ianuario] rediit. Venitque Mogontiacum post epiphaniam et inde ad Franconofurt ibique cum suis sequenti mense colloquium habuit; similiter mediante quadragesima fecit.

Hemma regina apud Radesbonam Baioariae civitatem obiit sepultaque est in aecclesia sancti Emmerammi martyris.

Frisiones, qui vocantur occidentales, cum Nordmannis dimicantes victores extiterunt omnesque thesauros, quos Nordmanni plurima loca spoliando congregaverant, abstulerunt atque inter se diviserunt.

Karolus rex de Italia in Galliam rediens novos et insolitos habitus assumpsisse perhibetur; nam talari dalmatica indutus et baltheo desuper accinctus pendente usque ad pedes necnon capite

miután koronát helyezett fejére, megparancsolta, hogy imperatornak és augustusnak nevezzék. Arról pedig, hogy ezután mi módon rendezte el ezt az országot, s hogy mi módon tért vissza országába a kincsekkel, melyeket elhozott, és hogy mennyi öldöklést és gyújtogatást követett el az úton, mivel biztos hírhozóm nem volt, nem akartam írni. Jobb ugyanis hallgatni, mint hamisan szólni.

876.

Lajos király, könyörülettől indítva, s mivel sokan kérlelték könyörögve, hogy ne veszejtse el Gallia tartományát Károly ostobasága miatt, január hónapban visszatért országába, mégpedig Vízkereszt után Mainzba ment, és innen Frankfurtba, ahol a következő hónapban megbeszélést tartott embereivel; hasonlóképp tett böjtközép idején.

Hemma királyné a bajorországi Regensburg városában meghalt, és Szent Emmerám vértanú templomában temették el.

A frízek, akiket nyugatiaknak neveznek, a normannokkal harcolva felülkerekedtek, és minden kincset, amit a normannok rengeteg helyen fosztogatva felhalmoztak, elvittek és maguk közt szétosztottak.

Károly király Itáliából Galliába visszatérve a beszámolók szerint új és szokatlan ruhákat hordott; mert szokásává vált, hogy vasár- és ünnepnapokon dalmatikát[23] felvéve és afölé kardszíjat

23 Szó szerint „fehér talárt".

involuto serico velamine ac diademate desuper inposito dominicis festisque diebus ad aecclesiam procedere solebat. Omnem enim consuetudinem regum Francorum contemnens Grecas glorias optimas arbitrabatur et, ut maiorem suae mentis elationem ostenderet, ablato regis nomine se imperatorem et augustum omnium regum cis mare consistentium appellare praecepit. Plurima etiam incredibilia se contra Hludowicum regem et regnum illius facturum esse minatus est; denique inter cetera iactantiae suae verba dixisse fertur se tantam multitudinem de diversis locis congregaturum, ut Rheno flumine ab equis illorum exhausto ipse per aridum alveum eiusdem fluminis esset transiturus totumque Hludowici regnum vastaturus. Cuius minae facillime sedatae sunt; nam Hludowico exercitum suum congregante ille timore perterritus legatos misit pacemque petiit. Cumque nuntii ex utraque parte saepius directi eos pacificare studuissent, Hludowicus aegrotare coepit et crescente cotidie infirmitate V. Kal. Septembr. in palatio Franconofurt diem ultimum clausit; cuius corpus transtulit aequivocus illius et in monasterio sancti Nazarii, quod dicitur Lauresham, honorifice sepelivit.

Karolus vero Hludowici morte comperta regnum illius cupiditate ductus invasit et suae ditioni subiugare studuit, existimans se, ut fama vulgabat, non solum partem regni Hlotharii, quam Hludowicus tenuit et filiis suis utendam dereliquit, per tyrannidem posse obtinere, verum etiam cunctas civitates regni Hludowici in occidentali litore Rheni fluminis positas suo regno addere, id est Mogontiam, Wormatiam et Nemetum, filiosque fratris per potentiam opprimere, ita ut nullus ei resistere vel con-

kötve (mely a lábáig függött), illetve fejére selyemkendőt csavarva, arra pedig diadémot helyezve vonult be a templomba. A frank királyok minden szokását megvetve úgy vélte ugyanis, hogy a görög pompa a legdicsőbb, és hogy kimutassa szelleme magasabbrendűségét, a királyi címet letéve elrendelte, hogy minden, a tengeren inneni király császárának és augustusának nevezzék. Sok képtelenséggel is fenyegetőzött, hogy majd elköveti Lajos király és országa ellen; egyéb kérkedő kijelentései között állítólag azt is mondta, hogy olyan sokaságot gyűjt majd össze különböző helyekről, hogy miután lovaik kiitták a Rajna folyót, maga e folyó száraz medrén átkelve Lajos egész országát feldúlja majd. Fenyegetőzéseit igen könnyű volt leszerelni; mikor ugyanis Lajos összegyűjtötte seregét, ő megrémülve követeket küldött és békét kért. S míg a mindkét részről sűrűn küldött követek igyekeztek kibékíteni őket, Lajos betegeskedni kezdett, s gyengélkedése elhatalmasodtával augusztus 28-án frankfurti palotájában bevégezte utolsó napját. Testét névrokona szállította el, és Szent Nazarius kolostorában, melyet Lorschnak neveznek, temette el nagy tisztelettel.

Károly pedig, értesülve Lajos haláláról, a kapzsiságtól vezetve megszállta és uralma alá igázni igyekezett annak országát, úgy vélve (amint a hír járta), hogy nem csak Lothár országrészét, melyet Lajos tartott hatalmában és fiainak hagyott hátra használatra, keríthetné bitorolva hatalmába, hanem Lajos országának a Rajna folyó nyugati partján álló összes városát, azaz Mainzot, Wormsot és Speyert is országához csatolhatná, illetve fivére fiait erővel leigázhatná, úgy, hogy senki sem merészelne ellenállni vagy ellent-

tradicere auderet. Primum igitur Aquense palatium petiit et inde cum omni exercitu suo profectus in Colonia Agripinensi consedit, missis etiam prius legatis ad optimates Hludowici, ut proprium dominum desererent et ad se venirent, venientibus quidem plurima beneficia ac dona promittens, aliter vero facientibus rerum secularium privationem vel exterminium minitans.

Cui Hludowicus, qui patri in illis locis haeres successit, cum paucis occurrit et in aquilonali ripa Rheni fluminis castra sua posuit suorum operiens adventum. Misitque interea nuntios ad Karolum dicens: „Cur ascendisti ad bellandum contra me? quandoquidem nec exteris gentibus bellum est [antiquo populo penitus] inferre praeceptum, nisi pacem oblatam respuerint. Revertere, quaeso, pacifice in regnum tuum et esto contentus gloriae tuae et noli regnum nobis a genitore nostro iure haereditario derelictum more tyrannico invadere et iura propinquitatis, quae inter nos naturaliter existunt, huiuscemodi factionibus violare. Memento etiam sacramentorum [tuorum], quae patri meo non semel neque bis praestitisti; simulque considera periculum christianae plebis, si in hac pertinacia inrevocabiliter persistere volueris. Esto, forsitan confidis in multitudine exercitus tui, quem de diversis locis conduxisti, et ideo te bella movere delectat. Quare ergo non cogitas, quia apud Deum impossibile non est liberare in multis et in paucis? Refrena igitur animum tuum ab huiuscemodi appetitu, quoniam ea, quae te peragere arbitraris, qualem exitum habeant, penitus ignoras".

mondani neki. Először tehát az aacheni palotába igyekezett, és innen egész seregével megindulva Kölnben állította fel székhelyét, még előtte követeket is küldve Lajos előkelőihez, hogy hagyják el urukat és álljanak át hozzá, az átállóknak rengeteg javadalmat és ajándékot ígérve, a másképp cselekvőket viszont világi javadalmaiktól való megfosztással vagy kivégzéssel fenyegetve meg.

Vele Lajos, aki azon a területen örökösként atyja utódja lett, kevés emberrel szállt szembe, és a Rajna folyó északkeleti partján vert tábort, övéi érkezését várva. Eközben követeket is küldött Károlyhoz, mondván: „Miért bocsátkoztál háborúskodásba ellenem? Hiszen a régieknek azt tanították, hogy még idegen népek ellen sem szabad háborút indítani, csak ha visszautasították a felkínált békét. Térj vissza, kérlek, békében országodba, és légy megelégedve dicsőségeddel, és ne támadd meg trónbitorló módjára az édesapánktól örökösödési jogon ránk hagyott országot, és ne sértsd meg ilyen viszálykodással a rokonsági jogrendet, amely természetnél fogva fennáll közöttünk. Emlékezz esküidre is, melyeket nem egyszer és nem kétszer tettél atyámnak, egyszersmind fontold meg a keresztény népet fenyegető veszélyt, ha visszavonhatatlanul kitartanál e makacsságodban. S legyen: talán különböző helyekről idehozott sereged sokaságában bizakodsz, és ezért támadt kedved háborúskodást kezdeni. Miért nem gondolsz hát bele abba, hogy Istennél nem lehetetlen szabadulást szerezni sem sokakkal, sem kevesekkel?[24] Fékezd meg tehát szívedet az ilyen

24 Utalás az 1Makk 3,18-ra.

Sed cum ille his et aliis similibus rationabiliter conventus (assensum stimulante avaritia) nullo modo [assensum] praebere [stimulante avaritia] voluisset, Hludowicus quadam nocte se subtraxit de castris et Rheno flumine transito in castello Antennaco cum suis consedit. Dispersusque est per diversa loca omnis pene exercitus illius ad colligenda equorum pabula; ille vero iterum nuntios ad Karolum destinavit pro pace inter eos componenda.

At Karolus pacem simulans et fraudem in corde meditans se paci consensurum pro communi utilitate et legatos ad Hludowicum missurum subdola falsitate promisit. In eadem enim nocte cum omni exercitu suo properavit, ut Hludowicum ceteris extinctis comprehenderet ac sedes luminum illius evacuaret, postea regnum eius quasi nullo resistente possessurus. Willibertus autem Coloniae Agrippinae civitatis episcopus Karoli fraudulenta consilia intellegens ceteris trepidantibus eum constanter adiit, obnixe postulans, ne ita ferociter ac barbare faceret erga nepotem ea, quae pacis sunt, sectantem; sed cum eum a prava voluntate revocare non potuisset, quendam presbyterum suum nomine Hartwigum per compendiorem viam destinavit et Hludowico praeparatas insidias et ipsius Karoli (adventum) insinuavit [adventum].

Qui statim lorica indutus et totam fiduciam suam in Domino ponens cum paucis, qui secum erant, - dispersos enim congregare non poterat, - Karolo viriliter occurrit iussitque omnes ex sua parte candidis uti vestibus pro signo cognoscendae societatis. Saxones autem, qui in prima fronte contra hostes positi erant, pri-

mohóságtól, mert teljességgel ismeretlen számodra, hogy milyen vége lehet annak, amiről úgy gondolod: te végrehajtod."

Ám miután ő a kapzsiságtól ösztökélve ezekre és más hasonló érvekre semmiképp sem akarta beleegyezését adni egy találkozóhoz, Lajos egyik éjjel elhagyta táborát, és a Rajna folyón átkelve Andernach várába vette be magát embereivel. Szinte egész hadserege különböző helyeken szóródott szét, hogy abrakot gyűjtsön a lovaknak; ő pedig ismét követeket küldött Károlyhoz, hogy békét teremtsen kettejük közt. Ám Károly békét színlelve és szívében csalárdságot forralva álnok hazugsággal ígérte meg, hogy közös hasznukra hajlani fog a békére, és követeket küld majd Lajoshoz; ugyanis még azon az éjjelen egész seregével odasietett, hogy a többieket megölve elfogja Lajost és kitolassa szemeit, hogy majd azután országát ellenállás nélkül foglalhassa el. Willibert pedig, Köln város püspöke, átlátva Károly csalárd terveit, bár a többiek féltek ettől, mégis bátran megállt előtte, nyomatékosan követelve, ne járjon el olyan kegyetlenül és barbár módon unokaöccse ellen, miközben az a békére törekszik. De miután aljas szándékától nem tudta eltéríteni, egy papját, név szerint Hartwigot rövidebb úton elküldte, és jelezte Lajosnak a készülő csapdát és Károly jövetelét.

Ő pedig tüstént vértet öltve és teljes bizalmát az Úrba vetve kevés emberével, akik vele voltak – a szétszóródottakat ugyanis nem tudta összegyűjteni –, vitézül összecsapott Károllyal, miután megparancsolta mindenkinek az ő oldaláról, hogy felismerhető jelként fehér ruhát vegyenek föl. Először tehát a szászok, akiket a legelső sorba állítottak az ellenséggel szemben, bocsátkoztak harcba, ám az ellenség számától megrémülve egy kicsit meghátráltak; ám a ke-

mum iniere certamen, sed multitudine adversariorum territi parumper terga verterunt. Franci autem orientales ex utraque parte fortiter [re]pugnantes ac signiferis Karoli occisis ceteros fugere compulerunt. Quos Hludowicus persecutus strages non paucas dabat; plurimos etiam ex optimatibus Karoli vivos conprehendit, quos propter suam humanitatem (servare) [servari] iussit incolumes. Karolus vero turpiter fugiens relictisque thesauris, quos secum habebat, cum paucis pene nudus evasit. Hi autem, qui cum Hludowico erant, reversi ad caesorum spolia detrahenda, quantas ibidem praedas in auro et argento et vestibus et armis et loricis et equis variaque suppellectile tulissent, nullus valet edicere. In hoc certamine contra Karolum procul dubio caelitus dimicatum est; nam sicut captivi inde abducti narrare solebant, apparente Hludowico et his, qui cum eo erant, tantus timor omnem Karoli exercitum invasit, ut prius se victos putarent, quam ad pugnam venirent; et, quod maioris est admirationis, equorum latera, quibus insidebant, calcaribus tundebant et cruentabant, sed illi quasi ad stipitem ligati immobiles permanebant. Armis quoque suis pugnabant, sed paucos vulnerabant; acies enim armorum, quasi retunsae essent, neminem (laedebant) penitus [laedebant]. Haec in VIII. Id. Octobr. contra novellum Sennacerib gesta sunt, ut, qui prius propter mentis elationem Deum cognoscere noluit, modo victus et confusus intellegat, quia non in multitudine exercitus victoria belli, sed de caelo fortitudo est, et aliquando avariciae et superbiae suae modum inponat.

leti frankok mindkét szárnyon erős ellentámadást indítva, miután megölték Károly zászlóvivőit, a többieket megfutamították. Őket üldözve Lajos nem csekély vérengzést rendezett; sokakat fogott el élve is Károly előkelői közül; embersége miatt megparancsolta, hogy ezeket hagyják meg épségben. Károly pedig csúfosan megfutamodva, miután hátrahagyta a nála levő kincseket, szinte csupaszon menekült csak meg. Hogy azok, akik Lajossal voltak, visszatérve, hogy lehúzzák a megöltek fegyverzetét, mekkora zsákmányt vittek el onnan aranyban és ezüstben és ruhákban és fegyverekben és mellvértekben és lovakban, illetve különböző felszerelésekben, senki sem tudja elmondani. Kétségtelen, hogy e csatában Károly ellen az égiek is harcoltak; mert amint az innen elhajtott foglyok szokták mesélni, Lajos és a vele levők megjelentével akkora félelem szállta meg Károly egész seregét, hogy már azelőtt vesztesnek gondolták magukat, mint hogy csatába bocsátkoztak volna. S ami még bámulatosabb, a lovaik oldalát, melyeket megültek, sarkantyúikkal véresre döfködték, ám azok, mintha lecövekeltek volna, ott maradtak mozdulatlanul. Fegyvereiket is használták a csatában, ám keveseket sebesítettek meg; fegyvereik éle ugyanis egyáltalán senkinek nem ártott, mintha eltompult volna. Ez október 8-án történt meg az új Szancheribbel,[25] hogy aki azelőtt elbizakodottságában nem akarta Istent elismerni, most legyőzve és szégyent érve megértse: nem a hadak sokaságban áll a harci dicsőség, hanem az égből jön az erősség, és végre mértéket szabjon kapzsiságának és gőgjének.

25 Utalás a 2Kir 19 eseményeire.

Hludowicus post fugam Karoli ad palatium Aquisgrani perrexit et dispositis, prout voluit, his, quae ad se pertinere videbantur, cum triumpho rediit ad Franconofurt.

Sequenti autem mense Karlmannus et Hludowicus atque Karolus Hludowici regis filii in pago Retiense convenientes paternum inter se regnum diviserunt et sibi invicem fidelitatem servaturos esse sacramento firmaverunt. Cuius sacramenti textus theutonica lingua conscriptus in nonnullis locis habetur.

DCCCLXXVII.

Hludowicus rex mense Ianuario generali conventu (apud Franconofurt) habito [apud Franconofurt], quos de regno Karoli tenuit captivos, remisit in Galliam.

Sclavi, qui vocantur Linones, et Siusli eorumque vicini defectionem molientes solitum dare censum rennuunt. Quos Hludowicus rex missis quibusdam fidelibus suis circa mediam quadragesimam sine bello compressit; acceptisque obsidibus nonnullis et muneribus non paucis eos sub pristinum redegit servitium.

Karolus Galliae tyrannus aestivo tempore cum exercitu Italiam petiit et Ticini residens magnopere nisus est, qualiter Carlmanno illuc adventanti aditum in illam denegaret provinciam. Carlmannus vero cum manu valida Noricorum diversorumque Sclavorum Italiam ingreditur contra Karolum dimicare volens. Quod cum Karolus comperisset, ilico iuxta consuetudinem suam fugam iniit; omnibus enim diebus vitae suae, ubicumque necesse erat adversariis resistere, aut palam terga vertere aut clam militibus suis

Lajos Károly megfutamodása után az aacheni palotába indult, és belátása szerint elrendezve mindazt, amit úgy ítélt meg, hogy rá tartozik, diadalmenettel tért vissza Frankfurtba.

A következő hónapban pedig Karlmann és Lajos, valamint Károly, Lajos király fia Ries környékén találkozva felosztották maguk közt apjuk birodalmát, és esküvel erősítették meg, hogy megőrzik a kölcsönös hűséget. Ennek az eskünek teuton nyelven leírt szövege jónéhány helyen megvan.

877.

Lajos király január hónapban Frankfurtnál általános gyűlést tartva a Károly országából nála fogva tartottakat hazaengedte Galliába.

A linónoknak nevezett szlávok és szomszédaik, a sziuszlik elpártolásra készülve megtagadják a szokásos adó beszolgáltatását. Lajos király, böjtközép táján egynéhány hívét elküldve, háború nélkül lecsillapította őket, s néhány túszt és nem kevés ajándékot átvéve visszahelyezte őket korábbi szolgaságukba.

Károly, Gallia trónbitorlója nyár idején hadsereggel Itáliába indult, és Paviában állítva föl szállását, nagy erőfeszítést tett, hogy az oda igyekvő Karlmann elől elvágja a tartományba vezető utat. Karlmann pedig noricumiak és különböző szlávok erős csapatával behatol Itáliába, azzal a szándékkal, hogy megütközik Károlylyal. Mikor Károly értesült erről, szokása szerint tüstént futásnak eredt; életének ugyanis minden napján, amikor csak ellen kellett volna állnia ellenségeinek, vagy nyíltan meghátrálni, vagy titkon még saját katonáit is otthagyni volt a szokása. Még ugyanezen az

effugere solebat; et in eodem itinere dissinteriae morbo correptus cum magna periit tristitia. Cuius corpus cum sui satellites ad sepulturam, quam ipse sibi apud sanctum Dionisium paraverat, transferre voluissent, propter foetorem nimium putridi cadaveris, quo gravabatur exercitus, in Burgundia in quodam monasterio sepelierunt. Carlmannus optimates Italiae ad se venientes suscepit et disposita, prout voluit, regione reversus est in Baioariam.

Hludowicus rex partem regni Hlotharii cum fratribus Carlmanno et Karolo aequa lance dividit. Hludowicus Karoli regis filius timore perterritus propter iniurias a patre suo regi illatas legatos ad eum dirigit, pacem postulat et se de omnibus, quae genitor suus contra eum gesserat, excusare nititur; cuius (rex audivit) legatos [rex audivit] et absolvit. Post haec Aquense palatium petiit ibique natale Domini celebravit.

In hoc anno febris Italica dolorque oculorum Germanicum populum graviter vexavit, maxime circa Rhenum habitantes; pestilentia quoque ingens secuta est exercitum Carlmanni de Italia redeuntem, ita ut plurimi tussiendo spiritum exalarent.

DCCCLXXVIII.

Mense Ianuario rex de Aquis transiens venit ad Franconofurt et ibi sequenti mense cum suis colloquium habuit. Carlmannus partem regni Hlotharii, quam priore anno a fratribus sibi retinendam acceperat, Hludowico reddidit. Hludowicus rex a diebus quadragesimae usque ad mensem Maium moratus est in villa regia, quae vocatur Salz, et inde transiens apud Franconofurt ge-

útján a vérhas betegségébe esett, és nagy nyomorúsággal pusztult el. Bár testét kísérői át akarták vinni a sírboltba, melyet a Szent Dénes-templomban készíttetett magának, rothadó teteme rendkívüli bűze miatt, mely terhes volt a seregnek, Burgundiában temették el egy kolostorban. Karlmann fogadta Itália eléje járuló főembereit, és a tartományt elrendezve úgy, ahogy akarta, visszatért Bajorországba.

Lajos király Lothár országrészét fivéreivel, Karlmannal és Károllyal egyenlő mértékben osztotta fel. Lajos, Károly király fia, a félelemtől pánikba esve az atyja által a király ellen elkövetett jogtalanságok miatt, követeket küld hozzá, békét kér, és igyekszik kimenteni magát mindenben, amelyet apja amaz ellen tett; a király meghallgatta követeit és elbocsájtotta őket. Ezután aacheni palotájába indult, és ott ünnepelte az Úr születését.

Ebben az évben itáliai láz és szemfájás gyötörte súlyosan a germán népet, leginkább a Rajna mentén lakókat; Karlmann Itáliából visszatérő seregét rettentő pestis is követte, annyira, hogy a köhögéssel igen sokan a lelküket is kilehelték.

878.

Január hónapban a király Aachenből átmenve Frankfurtba érkezett, és ott a következő hónapban tanácskozást tartott övéivel. Karlmann Lothár országrészét, amelyet előző évben kapott fivéreitől megőrzésre, visszaadta Lajosnak. Lajos király nagyböjt napjaitól egészen május hónapig a Salz nevű királyi birtokon időzött, és innen átmenve Frankfurtnál általános gyűlést tartott; majd

neralem habuit conventum; missisque nuntiis ad fratrem suum Karolum partem regni Hlotharii, quam a Carlmanno acceperat, cum eo dividit.

Lantbertus Witonis filius et Adalbertus Bonifacii filius Romam cum manu valida ingressi sunt et Iohanne Romano pontifice sub custodia retento optimates Romanorum fidelitatem Carlmanno [sacramento] firmare (iuramento) coegerunt. Quibus inde discedentibus idem pontifex domum sancti Petri ingressus omnes thesauros, quos ibi repperit, ad Lateranis transtulit et altare sancti Petri cilicio cooperuit et cuncta hostia eiusdem aecclesiae clausit nullumque ibi officium ad Dei cultum pertinens per plures dies caelebratum est; et, quod dictu nefas est, omnibus (undique) illuc causa orationis venientibus negabatur introitus erantque ibi omnia confusa. Memoratus autem pontifex conscensis navibus per mare Tyrrenum regnum Karoli introivit ibique per totum pene moratus est annum. Tandem assumpto Buosone comite, qui propria uxore veneno extincta filiam Hludowici imperatoris de Italia per vim (rapuit) [rapuerat], cum magna ambitione in Italiam rediit et cum eo machinari studuit, quomodo regnum Italicum de potestate Carlmanni auferret et ei tuendum committere potuisset.

Rex Hludowicus ad Aquas in mense Octobre perrexit et cum aequivoco suo, Karoli regis filio, haud procul inde colloquium habuit.

Eclipsis lunae facta est in Idibus eiusdem mensis, ultima hora noctis; sol quoque in IIII. Kal. Novembris post horam nonam ita obscuratus est per dimidiam horam, ut stellae in caelo appare-

követeket küldve fivéréhez, Károlyhoz, felosztotta vele Lothár országrészét, melyet Karlmanntól kapott.

Lantbert, Wito fia és Adalbert, Bonifác fia erős sereggel behatoltak Rómába, és János római pápát őrizet alatt tartva arra kényszerítették a római előkelőket, hogy esküvel erősítsék meg Karlmannhoz való hűségüket. Miután ők eltávoztak innen, ugyanez a pápa Szent Péter templomába lépve minden kincset, amit ott talált, átvitt a Lateránba, Szent Péter oltárát vezeklőövvel fedte be, és e templom minden kapuját bezárta, s nem is tartottak ott több napon át semmiféle istentiszteleti szertartást. És, amit még elmondani is szentségtörés, mindenkitől, aki csak mindenfelől odajött, hogy imádkozzon, megtagadták a belépést, és teljes zűrzavar uralkodott ott. Az említett pápa pedig hajókra szállva a Tirrén-tengeren át belépett Károly országába, és ott szinte egy teljes évig időzött. Végül maga mellé véve Buoso grófot, aki korábban saját feleségét megmérgezve Lajos császár lányát Itáliából erőszakkal elrabolta, nagy becsvággyal tért vissza Itáliába, és vele együtt azon kezdett ügyködni, hogy az itáliai országrészt kiragadja Karlmann hatalmából, és rá bízhassa, hogy ő védje meg.

Lajos király október hónapban Aachenbe utazott, és innen nem messze Károly királynak vele azonos nevű fiával tanácskozást tartott.

Ugyanezen hónap 15-én holdfogyatkozás volt az éjszaka utolsó órájában; október 29-én a kilencedik óra után fél órára a nap is annyira elhomályosodott, hogy feltűntek a csillagok az égen, és

rent et omnes sibi noctem imminere putarent. Boum pestilentia in Germania immanissime grassata est, maxime circa Rhenum; quam cladem non mediocris hominum mortalitas secuta est. Villa quaedam in Wormacense haud procul a palatio Ingalenheim sita est, nomine Walahesheim, ubi res miranda contigit: nam dum animalia mortua cotidie de domibus traherentur in agros, canes, qui in eadem villa erant, iuxta morem suum eadem cadavera laniando comedebant; quadam vero die pene universi in unum locum congregati inde discesserunt, ita ut nullus eorum postea neque vivens neque mortuus inveniri potuisset.

DCCCLXXVIIII.

Hludowicus rex natale Domini caelebravit in Forahheim; inde in Baioariam profectus est invisere Carlmannum, qui gravi detinebatur infirmitate; nam paralisi morbo correptus usum loquendi amisit. Ibique optimates eiusdem regionis ad se venientes suscepit, ea videlicet ratione, ut post obitum Carlmanni nullum alium super se regem susciperent vel regnare consentirent; inde transiens pascha caelebravit in Franconofurt.

Hludowicus Karoli regis filius III. Idus Aprilis apud Compendium obiit palatium ibique sepultus est. Quod cum rex comperisset, cum magno exercitu in Galliam perrexit venitque usque Viridunum. Exercitus autem, qui (regem) [eum] sequebatur,

mindenki azt hitte, hogy az éj beállta fenyeget. Roppant marhavész is terjedt Germániában, leginkább a Rajna mentén; ezt a csapást nem csekély emberhalál követte. Van egy falu Worms megyében, nem is messze az ingelheimi palotától, a neve Walahesheim,[26] ahol bámulatos dolog esett meg: ahogy ugyanis az elhullott állatokat naponta kivonszolták az istállókból a földekre, a kutyák, melyek ugyane faluban voltak, szokásuk szerint szétmarcangolták és megették a dögöket; egy nap azonban szinte az összes egyetlen helyre gyülekezve eltávozott onnan, úgy, hogy azután egyet sem lehetett megtalálni közülük sem élve, sem elpusztulva.

879.

Lajos király az Úr születését Forchheimben ünnepelte; innen Bajorországba utazott meglátogatni Karlmannt, aki súlyos betegségben szenvedett; ugyanis bénulásba esve elvesztette beszédképességét. Ott aztán fogadta annak a tartománynak elé járuló előkelőit, tudniillik azért, hogy Karlmann halála után senki mást ne fogadjanak el királynak maguk felett, vagy egyezzenek bele, hogy uralkodjon rajtuk. Innen átmenve a húsvétot Frankfurtban ünnepelte.

Lajos, Károly király fia április 11-én a compiegne-i palotában meghalt, és ott is temették el. Mikor a király erről értesült, nagy sereggel Galliába vonult egészen Verdunig. A sereg viszont,

26 Ma Walsheim.

quoniam a civibus illis sibi victui necessaria iusto precio emere non potuisset, versus est ad praedam et pene universam depopulatus est civitatem. Rex vero missis quibusdam fidelibus suis ultra Masam fluvium ad optimates regionis illius reversus est in Franciam venitque Mogontiacum et inde ad Franconofurt; ibique Erambertum comitem de Baioaria aliosque nonnullos ad se venientes suscepit, quos Arnolt propter quandam dissensionem inter Carlmannum patrem suum et eos factam publicis privavit honoribus et de regno expulit. Horum causa rex in Baioariam profectus dissidentes aliquo modo ad concordiam revocavit et eis pristinam restituit dignitatem; quod quorundam offendit animos, quasi rex iuramenti sui praevaricator existeret. Quod aliter intellegunt, qui eiusdem iuramenti sunt conscii: nam Carlmannus, qui prior natu erat, primus inter fratres se iuramento constrinxit et omnia, quae in illo continentur sacramento, se servaturum esse promisit; deinde Hludowicus eodem tenore iuravit, ea tamen ratione, ut, si Carlmannus ea, quae promisit, inviolata servaret, ipse eadem ex sua parte rata custodiret. Sed quoniam Carlmannus in divisione regni Longobardorum iuramentum suum irritum duxit, Hludowicum procul dubio a suo iuramento reddidit immunem; et idcirco crimine periurii non tenetur obnoxius. Carlmannus autem tandem Hludowicum ad se accersivit et, quoniam loqui non poterat, ei se ipsum et uxorem et filium universumque regnum scripto commendavit; cui rex episcopatus et abbatias et comitatus ad servitium delegavit et disposita, prout voluit, regione rediit in Franciam.

amely a királyt követte, mivel az ottani polgároktól az élelmezéséhez szükséges dolgokat nem tudta méltányos áron megvásárolni, fosztogatásba kezdett, és szinte az egész várost feldúlta. A király pedig, elküldve egyes híveit a Maas folyón túlra annak a vidéknek előkelőihez, visszatért Frankföldre, Mainzba ment, és innen Frankfurtba; ott pedig fogadta Erambert grófot és másokat, akik Bajorországból hozzá érkeztek, mert Arnolt (egy viszály miatt, mely apja, Karlmann és ezek közt támadt) megfosztotta őket köztisztségeiktől, és száműzte az országból. A király ezek miatt Bajorországba utazva a viszálykodókat valami módon egyetértésre bírta, és visszaállította korábbi méltóságukat. Ez egyeseket sértett, mintha a király csak színlelte volna esküjét. Akik azonban tisztában voltak azzal, hogy miben állt ez az eskü, másképp gondolták: mert Karlmann, aki a legidősebb volt, fivérei közül elsőként kötelezte magát esküvel, és ígérte meg, hogy betart majd mindent, amit csak a fogadalom tartalmaz; azután Lajos esküdött meg ugyanezzel a tartalommal, ám oly értelemben, hogy ha Karlmann semmit sem szeg meg a megígért dolgok közül, akkor ő a maga részéről szintén betartja, amiben megállapodtak. Ám mivel Karlmann a langobárdok országának felosztásakor hatályon kívül helyezte esküjét, kétségtelen, hogy Lajost is mentesítette saját esküje alól, ezért őt nem lehet esküszegés bűnében elmarasztalni. Karlmann pedig végül magához hívta Lajost, és mivel beszélni nem tudott, írásban bízta rá önmagát, feleségét és fiát, illetve egész országát. A király Karlmann szolgálatára püspökségeket, apátságokat és grófságokat rendelt, és a tartományt akarata szerint elrendezve visszatért Frankföldre.

Interea Hugo Hlotharii ex Waldrata filius tyrannidem in Gallia exercebat, contra quem rex quosdam fideles suos destinavit, ut eum inde expellerent. Qui venientes nonnullos ex hominibus illius in quodam castello iuxta Viridunum obsederunt et castello potiti alios quidem occiderunt, alios vero in exilium miserunt, alios etiam capillis et cute detracta cum magna confusione inde expulerunt et castellum destruxerunt.

DCCCLXXX.

Hiems aspera et solito prolixior; nam Rhenus et Moenus fluvii glaciali rigore constricti longo tempore se calcabiles praebuerunt.

Rex Hludowicus natale Domini caelebravit in Franconofurt; postea in Galliam profectus filios Hludowici ad se venientes suscepit totumque regnum Hlotharii suae ditioni subiugavit. Inde ad expugnandos Nordmannos, qui in Scalta fluvio longo tempore residebant, convertit exercitum initoque certamine plus quam quinque milia ex eis prostravit; in quo proelio Hugo filius regis occubuit.

In Saxonia cum Nordmannis infeliciter dimicatum est; nam Nordmanni superiores existentes duos episcopos, quorum ista sunt nomina: Thiotrih et Marcwart, et duodecim comites his nominibus appellatos: Brun ducem et fratrem reginae, Wigmannum, Bardonem, alterum Bardonem et tertium Bardonem, Thiotherium, Gerrichum, Liutolfum, Folcwartum, Avan, Thiotricum, Liutharium, cum omnibus, qui eos sequebantur, occiderunt. Praeterea XVIII satellites regios cum suis hominibus prostraverunt,

Közben Hugo, Lothár és Waldrata fia trónbitorlóként uralkodott Galliában; a király néhány hívét küldte ellene, hogy űzzék ki onnan. Ezek odaérkezve az ő emberei közül jó néhányat beszorítottak egy erődbe Verdune mellett, és az erődöt elfoglalva egyeseket megöltek, másokat pedig száműzetésbe küldtek, míg megint másokat hajukat fejbőrükkel együtt lehúzva, nagy szégyenben kergettek el onnan, és az erődöt lerombolták.

880.

A tél kemény és a szokottnál elhúzódóbb, ugyanis a Rajna és a Majna folyók a hidegtől beállva hosszú ideig járhatónak bizonyultak.

Lajos király az Úr születését Frankfurtban ünnepelte; azután Galliába utazva fogadta Lajos eléje járuló fiait, és Lothár egész országát uralma alá hajtotta. Seregét ezután a normannok leverésére indította, akik már hosszú ideje a Scheldt folyónál táboroztak. Csatába bocsátkozva több mint ötezret terítettek le közülük; e csatában esett el Hugo, a király fia.

Szászországban vesztes csatát vívtak a normannokkal; a normannok ugyanis felülkerekedve minden követőikkel együtt megöltek két püspököt, akiknek neve: Thiotrih és Marcwart, és tizenkét, e neveken ismert grófot: Brun (herceg és a királyné fivére), Wigmann, Bardo, egy másik és harmadik Bardo, Thiotherius, Gerrich, Liutolf, Folcwart, Avan, Thiotric és Liutharius. Ezenkívül embereivel együtt elesett még 18 királyi főember, akik neve a következő: Aderam, Alfwini, Addasta, Aida, egy másik Aida, Dudo, Bodo, Wal, Haulf, Hildiwart, Ruodtag, Hitti, egy másik

quorum ista sunt nomina: Aderam, Alfwini, Addasta, Aida, alter Aida, Dudo, Bodo, Wal, Haulf, Hildiwart, Ruodtag, Hitti, item Wal, Ratheri, Adalwini, Werinhart, Thiotrih, Ailwart, exceptis innumerabilibus, quos in captivitatem duxerunt.

Rex vero de Gallia rediens in Franciam pascha caelebravit in Franconofurt. Sclavi, qui vocantur Dalmatii, et Behemi atque Sorabi caeterique circumcirca vicini audientes stragem Saxonum a Nordmannis factam pariter conglobati Thuringios invadere nituntur et in Sclavis circa Salam fluvium Thuringiis fidelibus praedas et incendia exercent. Quibus Boppo comes et dux Sorabici limitis (cum Thuringiis) occurrit et Dei auxilio fretus ita eos prostravit ut nullus de tanta multitudine remaneret.

Carlmannus frater Hludowici et Karoli XI. Kal. April. obiit.

Hludowicus mediante mense Augusto apud Wormatiam cum suis colloquium habuit et quosdam ex fidelibus suis obviam legatis nepotum suorum ad villam Gundolfi transmisit, quosdam etiam contra Hugonem in Gallia tyrannidem exercentem destinavit. Heimricus vero et Adalhartus et caeteri, qui cum eis erant, cum Thiotbaldo principe militiae Hugonis, qui robur exercitus secum tenuit, iniere certamen, et ceciderunt multi ex utraque parte vulnerati. In quo conflictu Heimricus cruentam obtinuit victoriam. Cumque illi, qui de villa Gundolfi, et illi, qui de proelio reversi fuerant, in unum convenissent, pari intentione cum filiis Hludowici contra Buosonem in Galliam pugnaturi perrexerunt et Madasconam urbem expugnantes Bernhardum, qui in ea principatum tenebat, in deditionem accipiunt. Buoso vero fugiens ultra Rhodanum fluvium in urbe Vienna se tutatus est.

Wal, Ratheri, Adalwini, Werinhart, Thiotrih, Ailwart, nem is nézve a megszámlálhatatlan embert, akit fogságba hurcoltak.

A király pedig Galliából visszatérve Frankföldre, Frankfurtban ünnepelte a húsvétot. A szlávok, akiket dalmátoknak hívnak, a csehek és szorbok, és köröskörül a többi szomszédjuk, mikor meghallották, milyen csapást mértek a normannok a szászokra, szintén összeseregelve azon igyekeznek, hogy megtámadják a thüringiaiakat, és a Saale folyó körüli, a thüringiaiakhoz hű szlávokat gyújtogatva fosztogatják. Velük Boppo gróf, egyben a szorb határ őrgrófja csap össze a thüringiaiakkal együtt, és Isten segítségére támaszkodva úgy leverte őket, hogy egy sem maradt az oly nagy tömegből.

Karlmann, Lajos és Károly fivére március 22-én meghalt.

Lajos augusztus hónap közepén Wormsnál övéivel tanácskozást tartott, és hívei közül egyeseket unokaöccsei követei elé küldött Gondreville-be, másokat pedig a Galliában trónbitorlást folytató Hugo ellen irányított. Heimric pedig, Adalhart és a többiek, akik velük voltak, Thiotbalddal, Hugo katonai főparancsnokával (aki a hadsereg fő erejét irányította) bocsájtkoztak csatába, és mindkét oldalon sokan haltak bele sebeikbe. Ebben az összecsapásban Heimricé lett a véres győzelem. Miután összegyűltek azok, akik Gonderville-ből, és azok, akik a csatából tértek vissza, hasonló szándékkal Lajos fiaival együtt Galliába indultak, hogy megküzdjenek Buosóval, és elfoglalva Macon városát, elfogadták Bernhard, az ottani herceg megadását. Buoso pedig a Rhone folyón túlra menekülve Vienne városában keresett menedéket.

Nordmanni in Gallia praedas et incendia exercent et inter plurima loca et monasteria, quae depopulati sunt, etiam Biorzuna, ubi pars maxima Frisionum habita[ba]t, incendio concremarunt; et inde revertentes Noviomagum vallo firmissimo et muris circumdantes hiemandi sibi locum in palatio regis paraverunt. Quibus rex Hludowicus cum manu valida occurrit et propter hiemis asperitatem et loci firmitatem rebus parum prospere gestis reversus est.

Hoc anno in Wormacense et in Nitense et in plurimis locis regni Hludowici sterilitas frugum et omnium rerum penuria Germanicum populum non mediocriter afflixit.

DCCCLXXXI.

Hibernum tempus valde prolixum et animalibus diversi generis pernoxium. Nam tellus verno tempore glaciali rigore constricta animalibus solita negavit pascua, et illa fame et frigore maxima ex parte perierunt, etiam propter sterilitatem anni prioris.

Rex post pascha in Galliam profectus Hugonem Hlotharii ex Waldrata filium ad se venientem in suum suscepit dominium et [ei] abbatias et comitatus (ei) in beneficium dedit, ut ei fidem servaret. Sed ille pravorum usus consilio fidem mentitus regi molestus efficitur; quapropter regis exercitus illum persecutus in Burgundiam fugere compulit.

Rex cum suo nepote Hludowico apud villam Gundolfi congruum habuit colloquium; inde transiens omne tempus aestivum in Baioaria moratus est. Nepos vero illius cum Nordmannis dimicans nobiliter triumphavit; nam novem milia equitum ex eis

A normannok Galliában fosztogattak és gyújtogattak, és a rengeteg település és kolostor között, melyet feldúltak, felégették Birtent is, ahol a frízek legnagyobb része lakott; és innen visszatérve, Nimwegent igen erős fallal és sáncokkal körülvéve telelésre alkalmas helyet készítettek a királyi palotában. Lajos király erős sereggel támadta meg őket, de a kemény tél és a hely erődítettsége miatt kevés sikerrel tért vissza.

Ebben az évben Wormsban, Niddában és Lajos országának rengeteg helyén nem kevéssé sújtotta a germán népet a rossz termés és a mindenben való szükség.

881.

A tél ideje nagyon elhúzódott és nagy károkat okozott a különféle állatoknak. Tavasz idején ugyanis a fagy szorításában a föld megtagadta az állatoktól a szokásos legelőt, és azok nagy része elhullott az éhségtől és hidegtől, az előző év szűkössége miatt is.
A király húsvét után Galliába utazva hűbéresévé fogadta az eléje járuló Hugót, Lothár Waldratától született fiát, és apátságokat és grófságokat adott neki javadalomként, hogy maradjon hozzá hű. Ám az, hitvány emberek tanácsát követve, hitszegően a király ellen fordult; emiatt a király serege, üldözve őt, Burgundiába való menekülésre kényszerítette.

A király unokaöccsével, Lajossal Gondreville-ben egyeztető találkozót tartott; innen átmenve az egész nyáridőt Bajorországban töltötte. Unokaöccse pedig a normannokkal harcolva jeles diadalt aratott: a beszámolók szerint ugyanis kilencezer lovasukat

occidisse perhibetur. At illi instaurato exercitu et amplificato numero equitum plurima loca in regione regis nostri vastaverunt, hoc est Cameracum, Traiectum et pagum Haspanicum totamque Ripuariam, praecipua etiam monasteria, id est Prumiam, Indam, Stabulaus, Malmundarium, et Aquense palatium, ubi in capella regis equis suis stabulum fecerunt. Praeterea Agrippinam Coloniam et Bunnam civitates cum aecclesiis et (caeteris) aedificiis incenderunt. Qui autem inde evadere potuerunt, sive canonici sive sanctimoniales, Mogontiacum fugerunt, thesauros aecclesiarum et sanctorum corpora secum portantes. Rex apud Franconofurt gravi infirmitate laborabat et, quia ipse non potuit, exercitum suum contra Nordmannos destinavit.

Tertio Kal. Ianuar. ante galli cantum Mogontiaci terrae motus factus est magnus, ita ut aedificiis conquassatis vasa fictilia, sicut compositores luti fatebantur, invicem se conlidentes frangerentur.

DCCCLXXXII.

Stella cometes XV. Kal. Febr. prima hora noctis apparuit comas suas supra modum spargens et rem infaustam, quae cito secuta est, sua apparitione praemonstrans. Nam Hludowicus invalescente morbo XIII. Kal. Febr. diem ultimum clausit; cuius corpus translatum et in monasterio sancti Nazarii, quod dicitur Lauresham, iuxta patris sui tumulum sepultum est. Quod audiens exercitus, qui contra Nordmannos fuerat missus, ab expugnatione hostium desistens infecto negotio rediit. Quorum

ölte meg. Ám azok, seregüket megújítva és számban megnövelve, királyunk birodalmában igen sok települést feldúltak, úgymint Cambrai-t, Utrechtet és Hesbaye-t, illetve egész Ripuariát, a főbb kolostorokat is, úgymint Prüm, Corneli-Münster, Stavelot, Malmedy, és az aacheni palotát, ahol a királyi kápolnából istállót csináltak lovaiknak. Felégették ezenkívül Köln és Bonn városait templomaikkal és egyéb épületeikkel együtt. Akik innen ki tudtak jutni, akár papok, akár apácák, Mainzba menekültek, magukkal víve a templomok kincseit és a szentek testereklyéit. A király Frankfurtnál súlyosan betegeskedett, és mivel maga nem mehetett, seregét küldte a normannok ellen.

December 30-án, kakasszó előtt Mainzban nagy földrengés volt, olyannyira, hogy mikor az épületek megrázkódtak, a fazekasok beszámolója szerint összetörtek az egymáshoz ütődő cserépedények.

882.

Üstököscsillag tűnt fel január 18-án az éjszaka első órájában, módfelett szétterjesztve csóváját és megjelenésével előre jelezve a csapást, amely hamarosan követte. Lajos ugyanis, miután betegsége elhatalmasodott, január 20-án utolsó napját végezte be; testét elvitték és Szent Nazarius kolostorában (melyet Lorschnak neveznek), apja sírja mellett temették el. Ezt meghallva a hadsereg, melyet a normannok ellen küldtek, az ellenség ostromától elállva, dolgavégezetlen tért vissza. Ahogy innen visszavonul-

Nordmanni inde transeuntium vestigia secuti caetera, quae prius dimiserant, incendio cremaverunt usque ad Confluentem castellum, ubi Mosella Rhenum ingreditur. Murus Mogontiae civitatis restaurari coeptus et fossa murum ambiens extra civitatem facta.

(FINIS PRIMAE RECENSIONIS.)

Nordmanni de sua munitione egressi, Trevirensem urbem invaserunt et habitatoribus civitatis partim expulsis partim occisis totam in Nonis April. incenderunt. Quibus Walah Mettensis episcopus incaute cum paucis occurrens occisus est.

Karolus imperator audito fratris sui obitu de Italia perrexit in Baioariam et optimates, qui fuerant fratris sui, ad se venientes in suum suscepit dominium. Deinde Wormatiam veniens cum suis undique venientibus consiliatus est, quomodo Nordmannos de suo regno expelleret. Statuto itaque et condicto inter eos tempore convenerunt de diversis provintiis viri innumerabiles et omnibus hostibus formidandi, si ducem habuissent idoneum sibique consentientem, hoc est Franci, Norici, Alamanni, Thuringii atque Saxones; parique intentione profecti sunt contra Nordmannos pugnare cupientes. Quo cum pervenissent, munitionem illorum, quae vocatur Ascloha, obsederunt.

tak, a nyomaikat követő normannok gyújtogatva felégették a többi települést, amelyet addig elmulasztottak, egészen Koblenz váráig, ahol a Mosel a Rajnába ömlik. Megkezdték Mainz város falainak újjáépítését, és elkészült a városon kívül, a várfalat körülvevő árok.

(AZ ELSŐ RECENZIÓ VÉGE)[27]

A normannok, erődítésükből kitörve, megtámadják Trier városát, és a város lakóit részben elűzve, részben megölve április 5-én felégették az egészet. Walah metzi püspököt, aki óvatlanul kevés emberrel szállt szembe velük, megölték.

Károly császár, hallva fivére haláláról, Itáliából Bajorországba utazott, és fivére eléje járuló korábbi főembereit hűbéresévé fogadta. Ezután Wormsba menve arról tanácskozott mindenfelől odaérkező embereivel, hogyan űzze ki országából a normannokat. Így hát az elrendelt és egymás közt megbeszélt időben a különböző tartományokból megszámlálhatatlan ember jött össze (tudniillik frankok, noricumiak, alamannok, thüringiaiak és szászok); a sereg bármely ellenség számára félelmetes lett volna, ha alkalmas vezére lett volna, aki szót ért velük. Egységes szándékkal indultak a normannok ellen, harcolni vágyva. Mikor odaértek, erődjüket, melyet Asseltnek hívnak,[28] ostrom alá vették.

27 Az 1. kéziratcsoport szövege itt véget ér, innentől a 2. csoport textusa adja a folytatást.

28 A mai Hollandiában.

Cumque iam expugnanda esset munitio et hi, qui intus erant, timore perculsi mortem se evadere posse desperassent, quidam ex consiliariis augusti nomine Liutwartus pseudoepiscopus caeteris consiliariis, qui patri imperatoris assistere solebant, ignorantibus iuncto sibi Wigberto comite fraudulentissimo imperatorem adiit et ab expugnatione hostium pecunia corruptus deduxit, atque Gotafridum ducem illorum imperatori praesentavit; quem imperator more Achabico quasi amicum suscepit et cum eo pacem fecit, datis ex utraque parte obsidibus. Quod Nordmanni acceperunt pro omine; et ut pax ex illorum parte rata non dubitaretur, clipeum iuxta morem suum in sublime suspenderunt et portas munitionis aperuerunt. Nostrates autem calliditatis illorum expertes eandem munitionem ingressi sunt, alii quidem causa negotiandi, alii vero pro loci firmitate consideranda. At Nordmanni ad consuetam calliditatem conversi clipeum pacis deponunt, portas claudunt et omnes ex nostris intus inventos aut occiderunt aut catenis ferreis ligatos ad redimendum servaverunt.

Sed imperator tantam contumeliam exercitui suo illatam flocci pendens praedictum Gotafridum de fonte baptismatis levavit et, quem maximum inimicum et desertorem regni sui habuerat, consortem regni constituit. Nam comitatus et beneficia, quae

Mikor már küszöbön állt az erőd bevétele, és azok, akik bent voltak, a félelemtől megrendülve letettek róla, hogy elkerülhetik a halált, a császár egyik tanácsosa, név szerint Liutwart, hamis püspök, a többi tanácsos (akik a császár apja mellett szoktak lenni) tudtán kívül maga mellé véve a fondorlatos Wigbert grófot, a császár elé járult (mivel pénzzel megvesztegették) és rávette, hogy álljon el az ellenség ostromától, sőt bevitte a császárhoz vezérüket, Gotafridot. Őt a császár, Akháb módjára,[29] mint barátot fogadta és békét kötött vele, mindkét részről túszokat adva. A normannok ezt kedvező előjelnek vették, és hogy a részükről megkötött béke felől nem volt kétség, pajzsukat szokásuk szerint magasra akasztották, és az erőd kapuit megnyitották. A mieink pedig, mivel idegen volt tőlük azok fondorlatossága, bementek az erődbe, egyesek, hogy kereskedjenek, mások pedig, hogy felbecsüljék a hely erősségét. Ám a normannok, szokott csalárdságukhoz fordulva, leveszik a békepajzsot, a kapukat bezárják, és mindenkit, akit a mieink közül bent találtak, vagy megöltek, vagy vasláncokkal megkötözve kiváltásra tartottak vissza.

Ám a császár, semmiségnek tartva a seregét ért ekkora gyalázatot, az említett Gotafridot keresztfiának fogadta, és aki legnagyobb ellensége és országának árulója volt, uralkodótársává tette. Mert azokat a vármegyéket és javadalmakat, melyek a frank királyokhoz hű normann Rorich kezében voltak

29 Ld. 1Kir 20,4.

Rorich Nordmannus Francorum regibus fidelis in Kinnin tenuerat, eidem hosti suisque hominibus ad inhabitandum delegavit; et quod maioris est criminis, a quo obsides accipere et tributa exigere debuit, huic pravorum usus consilio contra consuetudinem parentum suorum, regum videlicet Francorum, tributa solvere non erubuit. Nam thesauros aecclesiarum, qui propter metum hostium absconditi fuerant, abstulit et auri purissimi atque argenti ad confusionem sui totiusque exercitus, qui illum sequebatur, libras ĪĪ. CCCC. XII eisdem dedit inimicis. Praeterea, quisquis de suo exercitu in defensione sanctae aecclesiae zelo Dei commotus aliquem de Nordmannis, qui castra invadere temptabant, occidit, aut eum iugulare aut ei oculos eruere praecepit. Unde exercitus valde contristatus dolebat super se talem venisse principem, qui hostibus favit et eis victoriam de hostibus subtraxit; nimiumque confusi redierunt in sua. Nordmanni vero de thesauris et numero captivorum CC naves onustas miserunt in patriam; ipsi in loco tuto se continent, iterum tempus oportunum praedandi opperientes.

Imperator inde transiens Mogontiacum venit et inde ad villam Tribure ibique per plures moratus est dies. Qui etiam Wangioni placitum habuit et parum utilitatis decrevit. Nordmanni

Kennemerlandban,[30] ennek az ellenségnek és embereinek utalta ki lakóhelyül; és ami még nagyobb bűn: akitől túszokat kellett volna szednie és adót behajtania, annak, gazemberek tanácsára hajolva, atyái, vagyis a frank királyok szokásával szemben nem szégyellt adót fizetni. A templomok kincseit ugyanis, melyeket az ellenségtől való félelem miatt elrejtettek, elvette, és saját és egész őt követő serege szégyenére a legtisztább aranyból és ezüstből 2412 fontot adott át ennek az ellenségnek. Ezenkívül megparancsolta, hogy aki csak seregéből Isten iránti buzgalomtól hajtva a szentegyház védelmében megölt valakit a normannok közül, akik megpróbáltak betörni a táborba, annak vágják el a torkát vagy vájják ki a szemét. Emiatt a sereg igen elszomorodott, és fájlalta, hogy olyan vezető került föléjük, aki az ellenségnek kedvezett, és ellopta tőlük a felettük aratott győzelmet – és nagy szégyenben hazatért. A normannok pedig kincsekkel és 200 fogollyal megterhelt hajóikat visszaküldték hazájukba, maguk pedig biztos helyen maradtak, ismét várva a zsákmányolásra alkalmas időre.

A császár innen átmenve Mainzba érkezett, és innen Treburba, s ott több napon át időzött. Wormsban gyűlést is tartott, hasznos döntést nemigen hozva. A normannok sokakat megölve

30 Vidék a mai Hollandiában, változatlan névvel.

portum, qui Frisiaca lingua Taventeri nominatur, ubi sanctus Liobomus requiescit, plurimis interfectis succenderunt.

Iohannes pontifex Romanus decessit; in cuius locum Marinus antea episcopus contra statuta canonum subrogatus est. Quidam Gregorius nomine, quem Romani superistam vocitabant, dives valde, in paradiso sancti Petri a suo collega occisus est, et pavimentum aecclesiae, per quam trahebatur, totum sanguine illius infectum.

DCCCLXXXIII.

Imperator Italiam petens apud urbem Veronam cum suis fidelibus de statu regni sui consiliatus est. Boppo et Egino comites et duces Thuringiorum inter se confligentes non paucas hominum strages dabant; in quo conflictu Boppo superatus vix cum paucis viris effugit caeteris omnibus occisis.

Gotafrid Nordmannus, qui superiore anno fuerat baptizatus, cum Hugone Hlotharii filio foedus iniit eiusque sororem duxit in coniugium. Unde idem Hugo audacior effectus regnum patris sui suae dicioni subiugare studuit.

Imperator omne tempus aestivum mansit in Italia animosque optimatum regionis illius contra se concitavit. Nam Witonem aliosque nonnullos exauctoravit et beneficia, quae illi et patres et avi et atavi illorum tenuerant, multo vilioribus dedit personis.

felgyújtották a kikötőt, amelyet fríz nyelven Taventerinek nevezneknek,[31] ahol szent Liafwin[32] nyugszik.

János római pápa elhunyt; helyére Marinust választották meg, aki addig püspök volt, a kánonjogi rendelkezések ellenére. Egy bizonyos Gergely nevű, igen gazdag férfit, akit a rómaiak „flottaparancsnok"[33] címmel illettek, a Szent Péter-templom előterében hivataltársa megölte, és a templom kövezete, amelyen átvonszolták, mindenhol szennyes lett vérétől.

883.

A császár Itáliába tartva Verona városánál híveivel tanácskozást tartott országa állapotáról. Boppo és Egino, thüringiai grófok és hercegek egymással összecsapva nem kevés ember halálát okozták; ebben az összecsapásban alulmaradva Boppo alig menekült meg pár katonájával, a többieket mind megölték.

A normann Gotafrid, aki az előző évben keresztelkedett meg, szövetségre lépett Hugóval, Lothár fiával, és feleségül vette annak nővérét. Ez a Hugo ettől felbátorodva már arra törekedett, hogy apja országát saját uralma alá hajtsa.

A császár a nyár egész idejére Itáliában maradt, és maga ellen hangolta a tartomány előkelőit. Witót ugyanis és még többe-

31 Deventer.

32 Későbbi latin neve Lebuinus.

33 superista.

Quod illi graviter ferentes pari intentione contra eum rebellare disponunt, multo etiam plura, quam ante habuerant, sibi vindicantes.

Mons quidam in Italiae partibus de loco suo motus in Athesin fluvium cecidit eiusque meatum interclusit. Hi autem, qui apud Veronam et in contiguis locis eiusdem fluminis habitabant, tamdiu utilitate illius carebant, donec idem fluvius per eundem montem quasi cavernulas faciens ad suum alveum rediret.

Nordmanni per alveum Rheni fluminis ascendentes plurima loca nuper restaurata succenderunt, praedam inde capientes non modicam. Quibus Liutbertus Mogontiensis archiepiscopus cum paucis occurrit; sed non paucos ex eis prostravit et praedam excussit. Agripina Colonia absque aecclesiis et monasteriis reaedificata et muri eius cum portis et vectibus et seris instaurati.

DCCCLXXXIIII.

Nordmanni Saxones invadere temptaverunt, quibus Heimrih comes et Arn episcopus cum manu valida orientalium Francorum occurrerunt. Consertoque proelio plurimi ex utraque parte ceciderunt; sed tamen adiuvante Domino christiani optinuere victoriam.

ket megfosztott tisztségeiktől, és birtokaikat, melyek az ő, apáik, nagyapáik és dédapáik kezében voltak, sokkal alacsonyabb rangú személyeknek adta. Ezt ők nehezen viselték, és egységes szándékkal felkelést terveznek ellene, még sokkal többre tartva igényt, mint amennyit előtte birtokoltak.

Itália területén egy hegy helyéről megindulva az Adige[34] folyóba csúszott, és elzárta annak folyását. Így azok, akik Veronában és a folyóval határos településeken laktak, mindaddig nem tudták annak hasznát venni, amíg a folyó a hegyen át mintegy barlangokat vájva vissza nem tért medrébe.

A normannok a Rajna folyón felhajózva sok nemrég helyreállított települést gyújtottak fel, nem csekély zsákmányt rabolva onnan. Liutbert mainzi érsek szállt szembe velük, kevés emberrel, de nem volt kevés, amennyit leterített közülük, és amennyi zsákmányt kivett a kezükből. Köln, a templomokat és kolostorokat leszámítva, újjáépült, és falait kapukkal, felvonóhidakkal és reteszekkel szerelték fel.

884.

A normannok megpróbálták megtámadni a szászokat; Heimrich gróf és Arn püspök szállt szembe velük erős keleti frank csapattal. A csata megkezdése után mindkét részről igen sokan elestek; ám Isten segítségével mégis a keresztényeké lett a győzelem. A beszámolók szerint ebben a csatában a normannok közül olyan férfiak

34 Ma is ugyanez a neve.

In quo certamine tales viri de Nordmannis cecidisse referuntur, quales numquam antea in gente Francorum visi fuissent, in pulchritudine videlicet ac proceritate corporum.

Imperator circa purificationem sanctae Mariae cum suis colloquium habuit in Alsatia, in loco, qui vocatur Coloburg, et inde episcopos, abbates atque comites destinavit contra Nordmannos ad tuendas regni sui partes. Nordmanni non semel neque bis cum Heimricho dimicantes superantur et, ubicumque praedatum ire volebant, fugabantur, interficiebantur, Domino illis reddente, quod meruerunt. Tandem christianis in unum congregatis et munitionem illorum expugnare cupientibus, illi timore perculsi noctu fuga lapsi sunt; quos Heimrich Rheno transito secutus et in quodam repertos loco centum duos ex eis absque detrimento suorum occidit.

Imperator mense Maio mediante placitum habuit Wormatiae et inde tutores partium suarum contra Nordmannos destinavit. Venit etiam illuc filia Hlotharii, a Gotafrido, cui tradita fuerat in matrimonium, ad imperatorem transmissa; quam imperator secum aliquanto retinuit tempore et ad maritum redire non permisit.

Imperator in terminis Noricorum et Sclavorum cum Zuentibaldo colloquium habuit; inde in Italiam profectus cum Witone et caeteris, quorum animos anno priore offenderat, pacificatur.

Nordmanni cum Frisionibus in loco, qui vocatur Norditi, dimicantes superantur et plurimi ex eis occiduntur. Super quo proelio extat epistola Rinberti episcopi eiusdem loci ad Liutbertum

estek el, amilyeneket a frankok népe azelőtt sosem látott, tudniillik testük szépségére és termetére nézve.

A császár Gyertyaszentelő Boldogasszony körül övéivel tanácskozást tartott Elzászban egy helyen, amelyet Colmarnak hívnak, és innen püspököket, apátokat és grófokat küldött a normannok ellen, hogy őrizzék országrészeit. A normannok Heimrichhel nem egyszer és nem kétszer összecsapva alulmaradnak, és amikor csak zsákmányolni indultak volna, megfutamították őket, gyilkolták őket – így adta vissza az Úr, amit megérdemeltek. Végül, amikor a keresztények egy helyre gyűltek össze, és meg kívánták ostromolni erődjüket, azok a félelemtől pánikba esve éjszaka futásnak eredtek. Heimrich a Rajnán átkelve üldözte őket, és egy helyen rájuk akadva saját veszteség nélkül megölt közülük százkettőt.

A császár május hónap közepén gyűlést tartott Wormsban, és innen az országrészek védelmezőit a normannok ellen vezényelte. Odajött a császárhoz Lothár lánya is; Gotafrid küldte, akihez feleségül adták. A császár egy ideig magánál tartotta és nem engedte, hogy visszamenjen férjéhez.

A császár a noricumiak és szlávok határvidékén tanácskozást tartott Zuentibalddal; innen Itáliába indulva kibékült Witóval és a többiekkel, akiket az előző évben megsértett.

A normannok, megütközve a frízekkel egy Norditi nevű helyen,[35] alulmaradtak, és igen sokat megöltek közülük. Erről a

35 Norden.

Mogontiensem archiepiscopum destinata hunc modum continens: . . . . . .

Karolus iuvenis rex Galliae in quadam venatione ictibus cuiusdam apri fertur occisus; re autem vera a suo satellite in eadem venatione non sponte vulneratus occubuit. Unde Nordmanni qui regnum illius praedis et incendiis longo tempore fatigaverunt, audaciores effecti duodecim milia librarum auri et argenti ab illa regione tributi nomine exegerunt et tamen fidem pollicitam nequaquam servarunt. Nam et obsides occiderunt et a praedationibus minime cessaverunt.

DCCCLXXXV.

Idem Nordmanni pagum Haspanicum invadentes caeteros in circuitu vicinos occupaverunt atque fruges diversi generis congregantes sibi ad hiemandum et inhabitandum quasi nullo resistente disposuerunt, viris ac mulieribus, quos invenire potuerunt, ad suum servitium reservatis. Quibus Liutbertus archiepiscopus et Heimrih comes aliique nonnulli insperate supervenerunt et plurimis prostratis caeteros in quandam munitiunculam fugere compulerunt, frugibus, quas congregaverant, sublatis. Cumque diu obsessi et fame fatigati manum conserere non auderent, nocte quadam fuga lapsi sunt.

csatáról fennmaradt ugyanezen hely püspökének, Rinbertnek[36] levele, melyet Liutbert mainzi érseknek címzett, és így szól: […].[37]

Károlyt, Gallia ifjú királyát a beszámolók szerint egy vadászaton egy vadkan döfései ölték meg; igazából azonban saját kísérője sebezte halálra ezen a vadászaton, nem szándékosan. Emiatt a normannok, aki az ő országát már hosszú ideje gyötörték fosztogatva és gyújtogatva, felbátorodva adó címén tizenkétezer font aranyat és ezüstöt hajtottak be, és egyáltalán nem tartották be az ígéretüket sem; mert a túszokat is megölték és a zsákmányolgatással sem hagytak fel a legkevésbé sem.

885.

Ugyancsak a normannok Hesbaye vidékét megszállva elfoglalták a környék szomszédos falvait is, és különböző terményeket összegyűjtve szinte minden ellenállás nélkül elrendezték telelésüket és elszállásolásukat, a fellelhető férfiakat és asszonyokat saját szolgálatukra fenntartva. Liutbert érsek és Heimrih gróf, illetve néhányan mások váratlanul rájuk törtek, és igen sokukat leterítve a többieket arra kényszerítették, hogy egy kis erődben keressenek menedéket, elhordva a terményeket, amiket összegyűjtöttek. S mivel hosszú ostrom után és az éhségtől elcsigázva nyílt ütközetre nem vállalkoztak, az egyik éjjel elmenekültek.

36 Helyesen: Bréma püspöke, 865–888.

37 A levelet egyik kézirat sem tartalmazza.

Gotafrid Nordmannus, qui christianus effectus fidem imperatori et christiano populo se servaturum esse sacramento firmavit, fidem mentitus exercitum non modicum de sua gente congregavit et per alveum Rheni fluminis ascendere et plurima loca suae dicioni subiugare disposuit; quod dum mense Maio facere instituisset, Deo renuente perficere non potuit. Nam ab Heimricho aliisque fidelibus imperatoris ad colloquium invitatus et infidelitatis correptus, cum eos convitiis variisque ludibriis exacerbaret, occisus est et omnes, qui cum illo erant, Domino illi condignam infidelitatis suae mercedem retribuente.

Nordmanni autem ab eo invitati nescientes, quod factum erat, in Saxoniam praedatum ire pergebant; quibus cum pauci Saxones occurrissent et tantae multitudini rebellare timuissent, terga verterunt. At illi longo spatio a suis navibus remoti, fugientes persecuti sunt, quasi eos essent comprehensuri. Interea Frisiones, qui vocantur Destarbenzon, quasi a Domino destinati parvissimis, ut eis est consuetudo, naviculis vecti supervenerunt et eos a tergo inpugnare coeperunt. Quod cum vidissent, Saxones, qui prius fugerant, reversi sunt et graviter eis repugnando insistebant, integratumque est proelium ex utraque parte contra Nordmannos. Tanta denique in eos christiani caede bachati sunt, ut pauci de tanta multitudine relinquerentur. Quibus gestis idem Frisiones eorum naves invaserunt tantumque thesaurum in auro et argento variaque suppellectile repererunt, ut omnes a minimo usque ad maximum divites efficerentur.

Hugo Hlotharii regis filius, cuius sororem praedictus Gotafrid duxit uxorem, insimulatus est apud imperatorem, quod eius-

A normann Gotafrid, aki kereszténnyé válva esküvel erősítette meg, hogy megőrzi hűségét a császár és a keresztény nép iránt, szavát szegve nem csekély hadsereget gyűjtött saját népéből, és arra készült, hogy felhajózik a Rajnán és sok települést uralma alá hajt. Amikor május hónapban ennek nekifogott, mivel Isten nem így akarta, nem tudta végrehajtani. Ugyanis Heimrich és a császár más hívei tanácskozásra hívták, és a hűtlenségen rajtakapva, miután mocskolódással és különböző gúnyolódásokkal feldühítette őket, megölték őt és mindenkit, akik vele együtt voltak – így fizette meg az Úr hűtlensége méltó bérét.

A normannok pedig, akiket ő hívott be, nem tudva, mi történt, Szászországba indultak fosztogatni. Amikor a szászok közül egy kevesen összetalálkoztak velük, és visszariadtak attól, hogy ilyen sokasággal felvegyék a harcot, megfutamodtak. Azok pedig, messze eltávolodva hajóiktól, hosszan üldözték a menekülőket, hogy majd elfogják. Közben a frízek, akiket destarbenzonnak neveznek, mintha az Úr rendelte volna őket oda, apró csónakokon, amint szokásuk volt, hajózva arra jártak, és hátulról támadni kezdték azokat. Amikor ezt meglátták a szászok, akik addig menekültek, megfordultak és keményen harcba bocsátkozva ellenálltak nekik; kétfelől egyesült a normannok elleni csata. Végül a keresztények akkora öldökléssel tomboltak, hogy kevesen maradtak az oly nagy sokaságból. Ezek után a frízek megszállták hajóikat is, és akkora kincset találtak aranyban és ezüstben, illetve különböző felszerelésekben, hogy mindannyian, a legkisebbektől a legnagyobbakig gazdagok lettek.

Hugót, Lothár király fiát, akinek nővérét az említett Gotafrid vette feleségül, megvádolták a császárnál, hogy támogatója

dem conspirationis Gotafridi contra regnum imperatoris fautor existeret. Quamobrem ad imperatorem vocatus et noxa convictus lumine oculorum una cum avinculo suo privatus est et in monasterium sancti Bonifatii apud Fuldam retrusus finem suae habuit tyrannidis. Caeteri vero, qui cum eo erant, equis et armis ac vestibus spoliati vix nudi evaserunt.

Imperator cum suis apud Franconofurt colloquium habuit missisque Romam nuntiis Hadrianum pontificem invitavit in Franciam. Voluit enim, ut fama vulgabat, quosdam episcopos inrationabiliter deponere et Bernhartum filium suum ex concubina haeredem regni post se constituere; et hoc, quia per se posse fieri dubitavit, per pontificem Romanum quasi apostolica auctoritate perficere disposuit. Cuius fraudulenta consilia Dei nutu dissipata sunt; nam pontifex Romanus ab urbe digressus et Heridano flumine transito vitam praesentem finivit sepultusque est in monasterio Nonantulas. Quod cum imperator comperisset, contristatus est valde, eo quod in tali negotio voti compos effici non potuit. Post paucos vero dies Mogontiacum venit et inde Wormatiam; ibique cum episcopis et comitibus Galliarum habita collocutione in Baioariam profectus est ibique natalem Domini caelebravit.

Romani pontificis sui morte comperta Stephanum in locum eius constituerunt. Unde imperator iratus, quod eo inconsulto ullum ordinare praesumpserunt, misit Liutwartum et quosdam Romanae sedis episcopos, qui eum deponerent; quod perficere minime potuerunt: nam praedictus pontifex imperatori per legatos suos plus quam XXX episcoporum nomina et omnium presbyterorum et diaconorum cardinalium atque inferioris gra-

volt Gotafrid összeesküvésének a császár uralma ellen. Emiatt a császár elé idézték, és a bűntényben elmarasztalva megfosztották szeme fényétől őt és nagybátyját, és Fuldában a Szent Bonifác-kolostorba zárva véget ért trónbitorlása. A többiek pedig, akik vele voltak, lovaiktól, fegyvereiktől és ruháiktól megfosztva csupaszon is éppen csak megmenekültek.

A császár az embereivel Frankfurtnál tanácskozást tartott, és követeket küldve Rómába, Adorján pápát meghívta Frankföldre. Az volt ugyanis a szándéka, amint a hír járta, hogy egyes püspököket ok nélkül letesz, és Bernhartot, egy ágyasától való fiát teszi meg a birodalom örökösévé maga után. S mivel kételkedett benne, hogy ezt önerőből megvalósíthatja, az volt a terve, hogy a római pápán keresztül, mintegy az apostoli tekintéllyel viszi végbe. Csalárd terveit Isten döntése szertefoszlatta: mert a római pápa a Városból eltávozva és a Pó folyón átkelve befejezte itteni életét, és a nonantulai kolostorban temették el. Amikor a császár erről értesült, erősen elszomorodott, hogy ebben az ügyben nem válthatta valóra tervét. Néhány nappal később pedig Mainzba ment és innen Wormsba; s ott megbeszélést folytatva a galliai püspökökkel és grófokkal, Bajorországba utazott, s ott ünnepelte az Úr születését.

A rómaiak, amikor pápájuk haláláról értesültek, Istvánt választották helyére. A császár ezért, megharagudva, hogy bárkit be mertek iktatni az ő megkérdezése nélkül, elküldte Liutwartot és a római szék egyes püspökeit, hogy tegyék le őt. Ezt azonban egyáltalán nem tudták elérni: az említett pápa ugyanis követeivel elküldte a császárnak több, mint 30 püspöknek és az összes kardinális pres-

dus personarum, necnon et laicorum principum regionis scripta destinavit, qui omnes unanimiter eum elegerunt et eius ordinationi subscripserunt.

DCCCLXXXVI.

Mense Februario exercitus orientalium Francorum missus est contra Nordmannos in Galliam iuxta Parisios consistentes; qui in itinere propter imbrium inundationem et frigus imminens non modicum equorum suorum perpessi sunt damnum. Cum autem illuc pervenissent, Nordmanni rerum omnium habundantiam in munitionibus suis habentes manum cum eis conserere nec voluerunt nec ausi sunt. Igitur diebus quadragesimae et usque ad tempus rogationis inani labore consumptis, excepto quod Heimrih quosdam extra munitionem inveniens occidit, equis et bubus plurimis inde sublatis redierunt in sua. Interea Hugo et Gozilin, abbates et duces praecipui Galliae regionis, in quibus omnis spes Gallorum contra Nordmannos posita erat, defuncti sunt. Unde Nordmanni audaciores effecti et de sua munitione egressi omnique regione potiti venationes et varios ludos nullo prohibente exercebant.

Optima pars Mogontiae civitatis, ubi Frisiones habitabant, post mediam quadragesimam mense Martio conflagravit incendio. Mense vero Maio, Iunio atque Iulio tanta vis imbrium diu noctuque sine intermissione caelitus lapsa est, ut nullus aevi praesentis tantam aquarum habundantiam se vidisse fateatur. Unde flumina in diversis locis intumescentia frugibus variis extitere

biternek és diakónusnak, illetve alacsonyabb rangú személynek, valamint a tartomány világi elöljáróinak nyilatkozatát, akik mindannyian egyöntetűen őt választották meg, és kinevezését aláírták.

886.

Február hónapban keleti frank hadsereget küldtek Galliába, a Párizs mellett állomásozó normannok ellen; útközben ezek lovaikból nem csekély veszteséget szenvedtek az özönvízszerű esőzések és a beálló hideg miatt. Mikor pedig odaértek, a normannok, akik mindennek bővében voltak erődjeikben, nem akartak és nem is mertek csatába bocsátkozni velük. Így a nagyböjt napjaiban és egészen a keresztjáró napokig[38] hasztalan fáradozással telt az idő, kivéve hogy Heimrih néhányukat az erődön kívül találva megölte, és ezután sok lovat és marhát zsákmányolva hazatértek. Eközben Hugo és Gozilin, a gall térség jeles apátjai és hercegei, akikbe a gallok minden reményüket helyezték a normannok ellen, meghaltak. Ezen a normannok felbátorodva és erődjükből kimozdulva az egész környéket hatalmukba kerítve, minden ellenállás nélkül vadászatokat és egyéb szórakozásokat rendeztek.

Mainz város legjobb része, ahol frízek laktak, böjtközép után, március hónapban tűzvészben leégett. Május hónapban pedig, júniusban és júliusban úgy szakadt az eső az égből szünet nélkül, éjjel és nappal, hogy korunkban senki sem látott még ilyen vízá-

38 Abban az évben május 1.

pernoxia. Nam Rhenus alveum suum egressus cuncta loca sibi contigua ab ortu suo usque ad introitum maris omnibus frugibus et lino et foeno evacuavit. Padus quoque in Italia similia fecisse perhibetur.

Mense Iulio imperator cum suis colloquium habuit in urbe Mettensi et inde contra Nordmannos profectus est. Ubi dum aliquanto tempore moraretur, Heimrih comes a suis desertus et ab hostibus circumdatus occiditur. Interea Sigifrid cum magna multitudine Nordmannorum caeteris, qui ibi residebant, auxilium laturus venit ac christianis magnum intulit metum. Unde imperator perterritus quibusdam per Burgundiam vagandi licentiam dedit, quibusdam plurimam promisit pecuniam, si a regno eius statuto inter eos tempore discederent. Ipse vero inde concito gradu in Alsatiam se recepit ibique per plures dies iacuit aegrotus.

DCCCLXXXVII.

Hiems aspera et solito prolixior; boum quoque et ovium pestilentia supra modum grassata est in Francia, ita ut pene nulla eiusdem generis animalia relinquerentur.

Imperator cum suis colloquium habuit in Weibilingon; qui priscis temporibus, id est ex quo rex in Alamannia constitutus est, quendam de suis ex infimo genere natum nomine Liutwartum supra omnes, qui erant in regno suo, exaltavit, ita ut Aman,

radatot. Emiatt a különböző helyeken kiáradó folyók igen nagy kárt tettek a különböző terményekben. A Rajna például, medréből kilépve, forrásától egészen a tengerbe való torkolatáig minden mellette fekvő helyen elmosta az összes termést, a lent és a szénát. A híradások szerint Itáliában ugyanezt tette a Pó is.

Július hónapban a császár tanácskozást tartott embereivel Metz városában, és innen a normannok ellen indult. Míg egy ideig itt időzik, Heimrih grófot, akit övéi elhagytak és az ellenség körülvette, megölik. Eközben Sigifrid megérkezett nagy sereg normannal, hogy segítséget hozzon a többinek, akik ott táboroztak, és nagy félelmet ébresztett a keresztényekben. A császár emiatt megrettenve egyeseknek engedélyt adott, hogy Burgundiát végigpusztítsák, egyeseknek rengeteg pénzt ígért, ha országából egy közösen megállapított időben eltávoznak. Maga pedig erőltetett menetben Elzászba vonult vissza, és ott több napon át feküdt betegen.

887.

A tél kemény és a szokásosnál elhúzódóbb; marha- és juhvész is erősen pusztított Frankföldön, annyira, hogy ilyen állatból szinte egy sem maradt meg.

A császár tanácskozást tartott embereivel Waiblingenben; még a régi időkben, vagyis amikor Alamanniában király lett, egyik alacsony sorból származó emberét, név szerint Liutwartot felemelte mindenki fölé, aki csak volt országában, úgy, hogy

cuius mentio facta est in libro Hester, et nomine et dignitate praecelleret. Ille enim post regem Assuerum erat secundus, iste vero prior imperatori et plus quam imperator ab omnibus honorabatur et timebatur. Nam nobilissimorum filias in Alamannia et Italia nullo contradicente rapuit suisque propinquis nuptum dedit. Qui etiam ad tantam devolutus est stultitiam, immo vesaniam, ut monasterium puellarum in Brixia civitate situm invaderet et per quosdam amicos suos filiam Unruochi comitis propinquam imperatoris vi raperet suoque nepoti in coniugium daret. Sanctimoniales vero eiusdem loci ad preces conversae orabant Dominum, ut contumeliam loco sancto illatam vindicaret; quarum preces ilico exauditae sunt. Nam is, qui puellam coniugii more sibi sociare disposuit, eadem nocte Dei iudicio interiit, et puella mansit intacta. Quod cuidam sanctimoniali nomine . . . e supradicto monasterio revelatum est, et illa caeteris indicavit.

Cum autem memoratus Liutwart talia in regno imperatoris per plures annos actitaret, tandem cenodoxia inflatus et philargiria caecatus fidem catholicam pervertere et redemptori nostro detrahere laborabat, dicens eum unum esse unitate substantiae, non personae, cum sancta aecclesia credat et confiteatur eum in duabus substantiis unam habere personam. Quod quicumque negaverit, profecto blasphemat eum, qui venit quaerere et salvare,

Ámánt is, akiről Eszter könyvében esik említés,[39] felülmúlta rangban és méltóságban. Ő ugyanis Ahasvérus király után a második volt, emez viszont a császárt is megelőzte, és a császárnál is jobban tisztelte és félte mindenki. Alamanniában és Itáliában ugyanis még a legelőkelőbbek lányait is úgy rabolta el, hogy senki sem szólalt fel ellene, és rokonainak adta feleségül. Olyan messze ment esztelenségében, sőt őrültségében, hogy megtámadta a Bresciában levő apácazárdát, és néhány barátjával elraboltatta és unokaöccséhez adatta feleségnek Unrouch gófnak lányát, a császár rokonát. Az ottani apácák pedig az imádsághoz folyamodva kérték az Urat, hogy bosszulja meg a szent hely ellen elkövetett gyalázatot; és kérésük rögtön meghallgatásra talált. Az az ember, aki a lányt házasságba készült kapcsolni magához, Isten ítéletéből még azon az éjszakán meghalt, és a lány érintetlen maradt. Erről kinyilatkoztatásban értesült […],[40] a kolostor egyik apácája, és elmondta a többieknek is.

Miután pedig az említett Liutwart a császár országában sok éven át követett el ilyesmiket, dicsőségvágytól és pénzsóvárságtól elvakítva végül azon kezdett ügyködni, hogy elferdítse a katolikus hitet és kisebbítse Megváltónkat, azt állítva, hogy Ő nem a személy, hanem a természet egységét tekintve egy, miközben az Anyaszentegyház azt hiszi és vallja, hogy Ő egy személy, két természettel. Bárki, aki ezt tagadja, nyilvánvalóan káromolja Őt,

39 Eszt 3,1.

40 A név hiányzik a kéziratokból.

quod perierat: nisi enim esset verus Deus, non afferret remedium; nisi esset homo verus, non praeberet exemplum. Sed idem rex regum hoc anno concitavit animos imperatoris in blasphemum; qui habita cum suis conlocutione in loco, qui vocatur Kirihheim, eum deposuit, ne esset archicappellanus, multisque beneficiis ab eo sublatis ut hereticum et omnibus odiosum cum dedecore de palatio expulit.

At ille in Baioariam ad Arnolfum se contulit et cum eo machinari studuit, qualiter imperatorem regno privaret; quod et factum est. Nam cum idem imperator in villa Tribure consedisset, suorum undique opperiens adventum, Arnolfus cum manu valida Noricorum et Sclavorum supervenit et ei molestus efficitur. Nam omnes optimates Francorum, qui contra imperatorem conspiraverant, ad se venientes in suum suscepit dominium; venire nolentes beneficiis privavit nichilque imperatori nisi vilissimas ad serviendum reliquit personas. Cui imperator lignum sanctae crucis, in quo prius ei fidem se servaturum iuraverat, per Liutbertum archiepiscopum destinavit, ut sacramentorum suorum non immemor tam ferociter et barbare contra eum non faceret. Quo viso lacrimas fudisse perhibetur; tamen disposito, prout voluit, regno in Baioariam se recepit; imperator vero cum paucis, qui secum erant, in Alamanniam repedavit.

aki eljött, hogy megkeresse és megmentse azt, ami elveszett:[41] ha ugyanis nem lenne valóságos Isten, nem hozna gyógyulást; ha nem lenne valóságos ember, nem mutatna példát. Ám Ő, a királyok Királya ebben az évben az istenkáromló ellen fordította a császárt: mert miután tanácskozott embereivel a Kirihheim nevű helyen,[42] letette őt, hogy ne lehessen főkáplán, és sok javadalmat elvonva tőle, mint mindenki számára utálatos eretneket, gyalázattal kergette el a palotából.

Ám ő Bajorországba, Arnolfhoz ment, és azon igyekezett ügyködni vele, hogy a császárt valami módon megfossza hatalmától – ami meg is történt. Amikor ugyanis a császár Treburban állította fel udvarát, várva, hogy hívei mindenfelől odajöjjenek, Arnolf erős noricumi és szláv csapattal lepte meg, és ellenségesen lépett fel. A frankok összes előkelői ugyanis, akik a császár ellen szervezkedtek, eléje járultak és ő fogadta hódolatukat; aki pedig nem akart jönni, azt megfosztotta birtokaitól, és a császár szolgálatára csak a legjelentéktelenebb személyeket hagyta meg. A császár elküldte neki Liutbert érsekkel a Szent Kereszt fáját, amelyre korábban az megesküdött, hogy hű marad, hogy esküjére emlékeztetve ne lépjen fel ellene annyira kegyetlen és barbár módon. Amint mondják, ennek láttára ömlöttek is a könnyei; mégis akarata szerint elrendezve az országot vonult vissza Bajorországba. A császár pedig a pár emberrel, aki vele volt, Alamanniába vonult vissza.

41 Lk 19,10.

42 Kirchen.

Nordmanni audita Francorum dissensione et imperatoris eorum abiectione plurima loca, quae prius minime tetigerant, vastaverunt. Ad Remensem quoque urbem venisse referuntur, sed Deus per merita sancti Remigii et monasterium extra civitatem positum et ipsam civitatem nebula densissima per trium dierum spatia circumdedit, ita ut neutrum invenire nec saltem videre potuissent. Unde mente consternati pariterque confusi discesserunt.

A normannok, mivel hallottak a frankok viszályáról és császáruk elvetéséről, feldúltak rengeteg települést, melyet azelőtt egyáltalán nem háborgattak. Amint mondják, Reims városába is eljutottak, ám Isten Szent Remig érdemei miatt mind a városon kívül fekvő kolostort, mind magát a várost három napra a legsűrűbb felhővel vette körül, úgy, hogy egyiket sem tudták megtalálni, sőt megpillantani sem. Így innen tanácstalanul és egyben megszégyenülve mentek el.

ANNALIUM FULDENSIUM CONTINUATIO RATISBONENSIS. A. 882–897.

A FULDAI ÉVKÖNYVEK REGENSBURGI FOLYTATÁSA. 882–897

DCCCLXXXII.

Nordmanni ereptis, quas poterant, rebus omnibus ac, quam pessime et visui horribilior erat, quibusdam locis et ecclesiis dimissis, quibusdam concrematis, reversi sunt in suam munitionem, quae circumsepta constabat secus litus Mosae fluminis loco, qui dicitur Ascloha, de Hreno miliaria XIIII.

Karolus quippe, cum audisset obitum fratris sui maioris, de Italia per Baiowariam iter suum in Franciam direxit, placitum generale ad Wormaciam tenuit, receptis primoribus ex regno fratris sui mense Maiarum. Post haec praeparatis copiis ex omni suo regno, Longobardis, Alamannis Francisque secum assumptis ille ex occidentali parte contra Nordmannos, Baiowarii ex orientali Hreni fluminis usque ad Antrinacham tandem se transmiserant. Ibi diviso exercitu Baiowarii cum principe eorum Arnolfo, Franci cum Heimrico missi manu cum valida ante regem et exercitum, ut quasi incautos et inaestimatos quandam partem inimicorum insidiis extra munitionem invenirent et caperent, secundum illum nobilissimum poetae versum volentes:

Quid moror, utrum armis contingat palma dolisve?

882.

A normannok, miután minden értéket elraboltak, amit csak tudtak, és (ami a legrosszabb és látványra is még ijesztőbb volt) egyes helyeket és templomokat kihagyva, másokat felégetve, visszatértek fallal körülvett erődjükbe, amely közvetlen a Maas folyó partján, egy Asselt nevű helyen állt, 14 mérföldre a Rajnától.

Károly pedig, amikor meghallotta, hogy bátyja meghalt, Itáliából Bajorországon át Frankföld felé vette útját, általános gyűlést tartott Wormsban, május hónapban fogadva a fivére országából való főnemeseket. Ezután csapatait előkészítve egész országából, maga mellé véve a langobárdokat, alamannokat és frankokat, ő maga a nyugati országrészből [indult] a normannok ellen, a bajorok pedig a Rajna folyó keleti partjáról végül Andernachnál keltek át. Ott a sereget szétosztva előreküldte a bajorokat hercegükkel, Arnolffal, a frankokat Heimriccel; ezek erős csapattal a király és a hadsereg előtt jártak, hogy az ellenség egy részét óvatlanul és gyanútlanul, lesből az erődön kívül találják és érjék, a költő e nevezetes sorának szándékával:

Mit bánom, fegyver vagy az ármány visz diadalra?[1]

1 *Quid moror, utrum armis contingat palma dolisve?* – Szó szerinti fordítása: „Mit számít, vajon fegyverektől vagy cselektől jut (nekem) a pálma?" Prudentius: *Psychomachia* c. művének 550. sora, vsz. tévedésből az 547. sor kezdő szavaival.

Et ita factum foret, ni nostri muneribus corrupti, ut fama refert, de parte Francorum proditores essent et inpedirent. Sed tamen paucis occisis reversi sunt ad regem. Redeuntibus illis ilico rex arrepto itinere cum omni exercitu fines et munitionem Nordmannorum, ipsis cum eorum regibus, id est Sigifrido et Gotafrido, principibus Vurm, Hals intus inclusis occupavit; castra exercitus in circuitu prope civitatem fieri praecepit sicque per dies XII obsessam constrinxit.

Mira itaque res et stupenda obsidentibus et obsessis quadam die occurrit. Nam in XII. Kal. Aug. luce postmedia tenebrosa subito caligo tota castra operuit, fulgure et tonitruo concrepente instans talis grando, ut nullus antea mortalium se tale quid videre profiteretur; non, ut solitum est lapides descendere, plana et equali superficie, sed cornuta et inequali et aspera facie omnibus cernentibus insolitum et magnum spectaculum praebuit. Mirabile et incredibile dictu, ut vel vix vel non grossitudo eorum potuit pollice et medio circumdari. Nam et ita equi stupefacti, ut efractis sudibus et habenis partim extra castra, partim in castris errore et stupore versabantur. Civitatis quoque, quam obsederant, propter impetum aeris magna pars corruit, ita ut una cohors coacervatim posset equitando ingredi, nisi vallo, quod circumierat, suspensa constaret.

Igitur per tot dies obsidens tam magnus exercitus, aestivo in tempore propter putredinem cadentium hominum aegritudine correptus ac pertesus est. Nec minus inclusi simili molestia

És így is történt volna, ha – amint a hír járja – a mieink ajándékokkal lefizetve a frankok közül árulókká nem lesznek és ezt meg nem akadályozzák. Ám végül, keveseket levágva, visszatértek a királyhoz. Miután visszaértek, a király rögtön útra kelt az egész sereggel, és megszállta a normannok határait és az erődöt is, a benne magukat elsáncoló királyaikkal, azaz Sigifriddel és Gotafriddel, illetve Vurm és Hals hercegekkel. Elrendelte, hogy a sereg a város körül verjen tábort, és így 12 napig tartotta ostromzár alatt.

Az egyik napon csodálatos és bámulatos dolog esett meg az ostromlókkal és ostromlottakkal. Július 21-én délután ugyanis a nappali világosságban hirtelen sötét homály borította be az egész tábort, és csattogó villámlással és mennydörgéssel olyan jégeső jött, amilyet bevallásuk szerint senki emberfia sem látott még azelőtt; nem, amint szokásos, sima és egyenletes felületű darabok estek, hanem rücskös és egyenetlen és durva felszínű, ami az összes szemtanúnak szokatlan és nagy látványosságul szolgált. Csodálatos és hihetetlen még elmondani is, hogy hüvelyk- és középső ujjal vagy alig vagy át sem lehetett érni a darabokat. A lovakat is annyira megzavarta, hogy pányváikat elszakítva és azok karóját eltörve részben a táboron kívül, részben a táborban kóválygogtak kábultan bolyongva. Az ostromlott város nagy része is leomlott a levegőből érkező nyomástól, olyannyira, hogy egyetlen szakasz le tudta volna rohanni egy összpontosított lovasrohammal, ha nem akadályozta volna meg ezt a körbefutó sánc.

Így hát egy ily nagy sereget, amely ennyi napon át folytatta az ostromot, megroppantott és elkedvetlenített az elesettek nyári meleg időben való bomlásából támadó betegség. A bekerítetteket

premebantur. Consultum est ex utraque parte, ut datis ex nostra parte obsidibus Sigifridus rex, qui manu validior erat, venit extra munitionem supra sex miliaria ad regem. Primum iuramento contestatus est ex illa hora et ultra usque, dum Karolus imperator viveret, numquam in suum regnum hostili praedatione iturus; dehinc christianitatem professus ipsum imperatorem patrem in baptismate adquisivit. Duos ibi dies laeti insimul versabant; tum remissis nostris obsidibus de munitione ipse e contrario cum maximis muneribus remissus ad sua. Munera autem talia erant: in auro et argento duo mille libras et LXXX vel paulo plus; quam libram XX solidos computamus expletam. Ita compositis rebus regrediens etiam rex in Confluente castello cuncto exercitui amabilem licentiam redeundi concessit.

Civile bellum inter Saxonibus et Thuringis exoritur, machinantibus Poppone fratre Heimrici et Eginone comitibus; magna post clade Poppo cum Thuringis inferior extitit.

In illis diebus redeuntibus Baiowariis domum magna et inmanis pestilentia in tota Baiowaria excrevit, ita ut sepe duo cadavera in unum tumulum sepelirentur. Rex autem morabatur in Germania et ante natalem Domini placitum habuit ad Wormaciam; ibi multiformis nuntiis Maravorum aliarumque gentium receptis et auditis compositisque rebus remeavit Alamanniam. Heimricus quippe missus est obviam Nordmannos; ibi prospere, prout potuit, dispositis rebus, reversus est.

nem kevésbé szorongatták a hasonló bajok. Mindkét részről beleegyeztek, hogy a mi részünkről túszokat adva Sigifrid[2] király, akié az erősebbik sereg volt, kijön az erődből hat mérföldre, a királyhoz. Először esküvel ígérte meg, hogy attól az órától fogva és később, amíg csak Károly császár él, sosem tör be országába ellenségesen rabolva; azután keresztény hitre tért, és maga a császár lett keresztapja. Két napot töltöttek ott vidáman egymás társaságában; akkor, miután elengedték túszainkat az erődből, másrészről őt is visszaküldték övéihez, bőséges ajándékokkal. Az ajándékok pedig ilyenek voltak: aranyban és ezüstben 2080 font, vagy még egy kicsit több is, úgy számolva, hogy egy font 20 solidust tesz ki. A dolgokat így elrendezve a király is visszatért Koblenzbe, egész seregének szíves engedélyt adva a hazatérésre.

Polgárháború támad a szászok és thüringiaiak között, melyet Poppo, Heimric fivére és Egino grófok keltettek; nagy vereség után Poppo marad alul a thüringiaiakkal.

Azokban a napokban, miután a bajorok hazatértek, nagy és roppant járvány támadt egész Bajorországban, annyira, hogy gyakran két holttestet temettek egy sírba. A király ekkor Germániában tartózkodott, és az Úr születésnapja előtt gyűlést tartott Wormsban. Miután itt fogadta és meghallgatta a morvák és más népek sokféle követeit, illetve elrendezte a dolgokat, visszament Alamanniába. Heimricet pedig a normannok ellen küldték; itt, amennyire tudta, kedvezően elrendezve a dolgokat, visszatért.

2 Vsz. Gotafrid helyett.

DCCCLXXXIII.

Cesar in Alamannia natale Christi celebravit. Inde paulatim iter suum ad Baiowariam dirigens pascha Domini honorifice Radaspona civitate mansit; ibique habito conventu diversis rebus ab Italia auditis illuc reversus est. Igitur Romae praesul apostolice sedis nomine Iohannes prius de propinquo suo veneno potatus, deinde, cum ab illo simulque aliis suae iniquitatis consortibus longius victurus putatus est, quam eorum satisfactio esset cupiditati, quia tam thesaurum suum quam culmen episcopatus rapere anhelabant, malleolo, dum usque in cerebro constabat, percussus expiravit. Sed et etiam ipse constructor male factionis concrepente turba stupefactus a nullo lesus nec vulneratus mortuus non mora apparuit. In cuius vice omni populo Romano unanimiter confortante Marinus, qui in id tempus Romana in urbe archidiaconus tenebatur, ordinari compactum est.

Imperator obviam pape pergit et illum loco nuncupante Nonantula prout merito honorifice suscepit. Ibi inter alia Wito comes Tuscianorum reus maiestatis accusatur, quod ille profugus evasit. Sed tamen illa fuga totam Italicam terram timore concussit, quia statim manu cum valida gentilium de gente Mauritanorum federa firmiter pepigit. Perangarius vero consanguineus imperatoris mittitur ad expoliandum regnum Witonis;

883.

A császár Alamanniában ünnepelte Krisztus születését. Innen nemsokára Bajorország felé véve útját, Regensburgban maradt, méltó módon ünnepelve meg a húsvétot. Ugyanitt gyűlést tartva, mivel Itáliából különböző dolgok jutottak a fülébe, oda utazott. Rómában ugyanis az apostoli szék főpapját, név szerint Jánost,[3] saját rokona előbb méreggel itatta meg, azután pedig (mivel ő és gonosz tettestársai úgy gondolták, hogy tovább fog élni annál, hogy kapzsiságuk kielégüljön – mivel kincstára és püspöki tisztsége elrablására is ácsingóztak) kalapáccsal leütve ölte meg, úgy, hogy az az agyvelejében állt meg. Ám maga a gaztett kitervelője is, ahogy összecsődült a tömeg, anélkül, hogy bárki is bántotta vagy megsebezte volna, a szemük láttára megdermedve azonnal meghalt. Amannak a helyére pedig Róma egész népének egyhangú megerősítésével Marinus[4] felszentelésében állapodtak meg, aki abban az időben archidiakónusként tartózkodott Róma városában.

A császár a pápa elé jön, és a Nonantola nevű helyen a neki kijáró tisztelettel fogadta őt. Ott egyebek közt bevádolják felségsértéssel Wito toszkán grófot; ez elől ő szökéssel menekült el. Ám menekülése Itália egész földjét rémülettel töltötte el, mert rögtön szilárd szövetséget kötött a mór népből való pogányok erős seregével. Berengárt pedig, a császár vérrokonát elküldik, hogy fossza

3 VIII. János (872–882).

4 II. Márton (882–884).

quod ille quadam parte peregit, ex quadam peregisset, ni per corruptionem morbi ac infirmitatem exercitus sui reverteret. Etiam per totam Italiam humanum genus ita invalescente morbo affligebatur, ut in curtem et inter militiam vel ipsum regem hec miseria perveniret.

Iterum inter Popponem et Eginonem discordia cum crudeli bello concrepat; quorum Poppo, prout antea solebat, inferior extitit.

Heimricus, frater Popponis scilicet, cum Nordmannorum manum validam Prumiam venire cognoscit, usque eos, ut dicunt, nullo evadente cum suis ad internitionem delevit; et ille vero vulneratus evasit.

DCCCLXXXIIII.

Reverso ad Alamanniam rege habitum est in villa, quae dicitur Cholonpuruh, generale conventum. Inde edictum est Baiowarios ad Italiam contra Witonem belligera manu proficiscere.

Quippe Pannonia magnum detrimentum patitur; cuius rei unde exordium narratur assumpsisse, stilo enucleamus. Igitur cum duo fratres, Willihalmus et Engilscalchus, terminum regni Baiowariorum in oriente a rege, id est seniore Hludowico, concessum contra Maravanos tenuerunt multaque pro patria tuenda

ki Wito országát; ő ezt részben megtette, részben pedig megtette volna, ha serege nem fordult volna vissza betegségtől gyengítve és leromolva. A kór elhatalmasodtát egész Itáliában is úgy megszenvedték az emberek, hogy egészen az udvarig, a testőrségig és magáig a királyig is eljutott a baj.

Poppo és Egino között ismét kegyetlen háborúban robbant ki a feszültség; közülük, amint korábban is megszokott volt, Poppo maradt alul.

Heimric, tudniillik Poppo fivére, amikor megtudta, hogy erős normann csapat érkezett Prümbe,[5] amint mondják, embereivel túlélő nélkül megsemmisítette azokat, bár maga is sebesülten került ki a harcból.

884.

Miután a király visszatért Alamanniába, általános gyűlést tartottak a Colmar nevű városban. Úgy rendelkeztek, hogy innen a bajorok hadra készen vonuljanak Itáliába Wito ellen.

Pannonia eközben nagy veszteséget szenvedett; hogy ez a dolog honnan vette kezdetét, kibontjuk írásunkban. Két fivérnek, Willihalmnak és Engilscalchnak adta ugyanis a király, azaz az idősebb Lajos Bajorország keleti határvidékét, hogy védelmezzék a morvák ellen, és amint mondják, a haza védelméért sok küz-

5 Megjegyzendő, hogy Kurzénél a kritikai apparátus nem hoz eltérő olvasatot, ugyanakkor Reuter szerint csak a 3. kódex ír *Prumiam*-ot, a többi *primum*-ot, Reuter pedig ezt veszi fel főszövegbe („mihelyt" értelemben).

conflictando sudasse feruntur, tandem diem ultimum huius aeris in eadem voluntate finivere permanentes, non vero esset honor illorum filiis redditus, Arbo in comitatum domno rege concedente successit. Quod praedictorum virorum pueruli illorumque propinqui in contrarium accipientes vel vertentes dixerunt alterutrum fieri, vel Arbonem comitem, si non recederet de comitatu parentum suorum, vel se ipsos ante faciem gladii morituros. Hoc experimento Arbo concussus amiciciam iniit cum Zuentibaldo duce Maravorum gentis firmataque inter illos foedera filium suum obsidem fieri non tardavit. Nec minus ipsi praedicti pueri consulunt quosdam primores Baiowarici gentis collatisque propinquis ac undique copiis fortior manus in id tempus illis adstabitur; comitem a rege constitutum inhonorifice expellebant comitatumque illis in usum usurpaverunt. Hoc ergo factum est post obitum regis Hluduwici natorumque eius Carlmanni et Hluduwici, quorum successor frater illorum minimus in regno extitit. Qui mox, prout antea tenuit, Arboni praedictum comitatum reddidit; sed tamen ex hac re contexta, ut praediximus, detrimentum Pannoniam sentire IIII versiculis prose intertextis ad suavitatem legentis, quonam modo hoc fieret, pandemus:

Omne dicit Iesus fieri non stabile regnum
In se dividuum et nil dissociabile firmum;
Hinc dolus, anxietas tibi, formosissima tellus,
Hinc labor exoritur, quondam Pannonia felix.

delemben izzadtak. Végül bevégezték e világon utolsó napjukat, mindvégig kitartva ebben az igyekezetükben, ám tisztségüket nem fiaik kapták meg: a gróf a király úr engedélyével Arbo lett utánuk. Az említett vitézek ifjú fiai és azok rokonai ezt rosszul fogadva kijelentették, hogy két dolog történhet: vagy Arbo gróf – ha nem lép vissza atyjuk grófságából – vagy ők maguk halnak meg kard élétől. E kihívás megrázta Arbót; barátságra lépett Zuentibalddal, a morvák fejedelmével, és szövetségüket megerősítve nem vonakodott attól sem, hogy saját fiát adja túsznak. Az említett fiak sem adják alább: tanácskozást tartanak egyes bajor nemzetiségű főemberekkel, s miután rokonaikat is összegyűjtötték és csapatokat mindenfelől, ekkorra már erősebb csapat áll mellettük – és a király által kinevezett őrgrófot gyalázattal elűzték, a grófságot pedig saját hatalmukba kerítették. Ez történt tehát Lajos király és fiai, Karlmann és Lajos halála után, akiknek utódja a királyságban öccsük lett. Ő nemsokára, amint korábban is volt, visszaadta Arbónak a grófságot; ám a dolog ilyen alakulásából, amint már mondtuk, kára lett Pannoniának, amit az olvasó kedvtelésére a próza közé iktatott négy verssorban fogunk kifejteni, hogy hogyan is történt:

Egy ország se szilárd – Jézus szava –, hogyha magában
meghasonult, és semmi sem állhat meg, ami széthúz;
téged ezért a csalás, küzdelmek, a nyugtalan élet
sújt, hajdan boldog Pannónia, leggyönyörűbb föld.[6]

6 Fehér Bence műfordítása; prózában: „Jézus mondja: egy ország sem áll szilárdan, / mely megosztott, és semmi, mi széthúz, nem erős; / Innen az

Igitur eodem anno, quo illi pueri praedictum comitem, id est Arbonem, a rege commendatorum exortem fieri honorum impetraverunt, Zwentibaldus dux Maravorum, plenum doli et astutiae cerebrum, non inmemor utriusque, quanta ab antecessoribus istorum puerorum cum gente sua, usque dum ad illos terminum Baiowariorum praetenderunt, passus sit mala, insuper etiam amicitie ac iuramenti, quae cum Arbone iniit pepigitque, ad hoc vindicare proficiscitur et perfecit. Nam de septentrionali parte Histri fluminis apprehenso Werinhario de pueris Engilscalchi, qui tres habuit, mediocri, Vezzilloni quoque comiti, qui illorum propinquus erat, dexteram manum cum lingwa et - monstrum simile - verenda vel genitalia, ut nec signaculo desistente absciderunt; homines vero illorum quosdam sine dextra levaque reversi sunt. Exercitus scilicet iussu ducis igne devastat omnia; insuper ultra Danubium missis speculatoribus, ubicumque proprietas vel substantia praedictorum fit puerorum, igni tradita sine mora est.

Hoc scandalum antefacti puerilis consilii spatio unius anni sentitur; hinc equidem non confidentibus a rege pueris aliquid boni propter delictum, quod in Arbone commisere, recesserunt statueruntque fieri homines Arnolfi, Carlmanni regis filii, qui tunc Pannoniam tenuit. Quo audito Zwentibaldus dux misit nuntios ad eum, ait illi: „Inimicos meos sustentas; si eos non dimiseris, nec me tecum pacificatum habebis". Alteram etiam occasionem adversus eum protulit: „Tui homines in vitam meam nec

Így hát ugyanabban az évben, amelyben a fiak az említett grófot, azaz Arbót, megfosztották a király által rá ruházott tisztségektől, Zwentibald, a morvák fejedelme, egy ravaszsággal és álnoksággal teli elme, egyáltalán nem feledkezve meg egyik dologról sem – hogy e fiak elődjeitől mennyi bajt szenvedett el népével együtt, amíg kiterjesztették Bajorország határát egészen hozzájuk, és a barátságról és esküről sem, amely Arbóval összekötötte –, elindult bosszút állni ezért, és meg is tette. A Duna északi partján ugyanis, elfogva Werinhariust, Engilschalch három fia közül a középsőt, és Vezzillo grófot is, aki ezek rokona volt, levágták jobb kezüket és nyelvüket, sőt – szörnyűség az ilyesmi! – szemérmüket avagy nemi szervüket is, hogy nyoma se maradt; embereik közül pedig egyesek jobb és bal kezük nélkül tértek vissza. A hadsereg pedig a herceg parancsára tűzzel pusztít mindent, ráadásul, kémeket küldve a Dunán túlra, ahol csak tulajdona vagy javai voltak az említett fiúknak, rögtön tűzbe borították. A fiak előtte végbevitt terve miatt egy éven át tapasztalhattuk ezt a botrányos állapotot; ezután pedig, mivel (az Arbo ellen elkövetett vétségük miatt) semmi jóra nem számíthattak, visszavonultak, és úgy döntöttek, hogy Arnolf emberei lesznek, Karlmann király fiáé, aki akkor hatalmában tartotta Pannoniát. Ennek hallatára Zwentibald fejedelem elküldte hozzá követeit, mondván: „Ellenségeimet tartod magadnál; ha nem küldöd el őket, köztem és közted sem lesz béke." Egy másik ürügyet is felhozott vele szemben: „Embereid

ármány, aggódás számodra, te igen szép föld, / innen a bajlódás, egykor boldog Pannonia."

minus in regnum meum dolose cum Vulgaris conciliaverunt", qui priore anno suum regnum vastavere, „hoc volo mihi cum iuramento verum non esse contestari"; quorum neutrum umquam se facturum Arnolfus renuntiavit. Itaque dux non diu collectis ex omni parte Sclavorum copiis magno cum exercitu invadit Pannoniam, inmaniter ac cruenter more lupi mactat, igne et ferro maximam partem devastat, deterit et consumit, ita ut non inmerito istam ad miseriam hic versus conponi:

Hic patrie planctus simul et miserabile funus.

Quo acto dolore per antefactum puerile consilium spatio unius anni dux cum exercitu suo non lesus remeavit in sua.

Ceterum vero instanti anno, quo ista conputamus, iterum dux coagulata multitudine hostiliter in Pannoniam hostilem exercitum infert, ut, si quid antea remaneret, nunc quasi ore lupi per totum devorasset. Tanta enim multitudine in isto itinere pollebat, ut in uno loco ab ortu usque ad vesperum lucis exercitus eius preterire cernitur. Cum tanta enim multitudine in regno Arnolfi per XII dies exspoliando versabatur, demum, prout voluit, prospere reversus est, postea quoque missa quadam exercitus sui parte supra Danubium. Quod audientes filii Willihelmi et Engilscalchi, qui maiores natu erant, Megingoz et Papo, quibusdam

álnokul életem és nem kevésbé országom ellen törtek a bolgárokkal szövetkezve;" – ezek az előző évben feldúlták országát – „azt akarom, hogy esküvel erősítsd meg: nem így volt." – Arnolf visszautasította, hogy ezek közül bármelyiket is megtegye. Így hát a herceg nemsokára, az összes szláv vidékről csapatokat gyűjtve, nagy sereggel támadja meg Pannoniát, farkasként mészárol véresen és kegyetlenül, tűzzel és vassal feldúlja a tartomány nagy részét, felmorzsolja és felfalja, úgy, hogy nagyon is méltán írták ezt a verset e szörnyűségről:

Ez siratódala, ez gyászos temetése hazánknak.[7]

Miután a fiak előbb végbevitt terve miatt ezt a fájdalmas csapást mérte rájuk egy éven át, a herceg seregével sértetlenül tért haza.

Egyébként még ugyanebben az évben, amikor ezekről beszámolunk, a herceg ismét nagy tömeget összegyűjtve ellenségesen Pannoniára zúdítja ellenséges hadseregét, hogy ha valami megmaradt volna korábbról, most teljesen felfalja farkas-szájával. Olyan embertömegnek parancsolt ezen az úton, hogy egy helyen megállva napkeltétől sötétedésig lehetett nézni vonulásukat. Tehát ezzel a sokasággal 12 napon át járt-kelt fosztogatva Arnolf országában, végül, amint akarta, sikerrel tért haza, utána még a Dunán túlra is elküldve serege egy részét. Ezt meghallva Wilhelm és Engilschalch idősebb

7 Fehér Bence fordítása.

Pannoniorum secum assumptis contra illos incaute venerunt; sed tamen pugnam certaminis iniere non utile, nam ad illos victoria concessit. Isti fuge presidium querentes Megingoz et Papo in flumine, qui dicitur Hrapa, vitam finivere; frater vero Berhtoldi comitis cum aliis quamplurimis a Sclavanis tentus est. Attendant, iudicent atque contendant detractores veri; et quibus huius suasoribus rei vel consilii primordia placuerint, placeant etiam subsequentia mala. Vituperavere autem pacem, qua conservata Pannonia conservata est, qua vero viciata per spatium tantum isto continuatim tertio anno dimidio instanti Pannonia de Hraba flumine ad orientem tota deleta est. Servi et ancillae cum parvulis suis consumpti sunt, primoribus quibusdam tentis, quibusdam occisis et, quod turpior erat, truncatis manu, lingwa, genitalibus remissis. Haec enim omnia procul dubio geruntur sive per misericordiam sive per iram Dei; sed iram Dei iustam vindictam fieri appellamus, quae indubitanter non, nisi iusta sit, umquam evenire creditur.

Imperator per Baiowariam ad Orientem proficiscitur veniensque prope flumen Tullinam Monte Comiano colloquium habuit. Ibi inter alia veniens Zwentibaldus dux cum principibus suis, homo, sicut mos est, per manus imperatoris efficitur, contestatus illi fidelitatem iuramento et, usque dum Karolus vixisset, numquam in regnum suum hostili exercitu esset venturus. Postea veniente Brazlavoni duce, qui in id tempus regnum inter Dravo et Savo flumine tenuit suique miliciae subditus adiungitur, rex per Carentam in Italia perrexit; prospere Papia natalem Christi celebravit.

fiai, Megingoz és Papo, maguk mellé véve néhány pannoniait, óvatlanul felvonultak ellenük; ám mégis hasztalan volt csatába bocsátkozniuk, mert amazoknak jutott a győzelem. Emezek, Megingoz és Papo, futásban keresve menedéket, abban a folyóban végezték be életüket, melyet Rábának hívnak; Berhtold gróf fivérét pedig és még sokakat a szlávok fogtak el. Figyeljenek, ítéljenek és adjanak hát magyarázatot az igazság becsmérlői: és akik tanácsolták e dolgot vagy tervet, és tetszett nekik a kezdete, tetsszenek hát nekik a belőle következő bajok is! Meggyalázták ugyanis a békét, amely, míg őrizték, megőrizte Pannoniát is; mikor pedig megsértették, ennyi ideig, lassan két és fél éve folyamatosan pusztul egész Pannonia a Rába folyótól keletre. Férfi és női szolgákat öltek meg kisgyermekeikkel együtt, a főembereket részben fogságban tartják, részben megölték, és ami még gyalázatosabb, kezüket, nyelvüket, nemi szerveiket levágva küldték őket vissza. Kétségtelen, hogy mindezek vagy Isten irgalmából, vagy haragja miatt történnek; ám mi Isten haragját jogos büntetésnek nevezzük, és hisszük, hogy minden kétséget kizárólag csak akkor következik be, amikor jogos is.

A császár Bajorországon át keletre utazik, és a Tullnbach folyó közelében, Kaumbergben tanácskozást tartott. Itt egyebek közt megjelenve Zwentibald fejedelem, főembereivel együtt, amint szokás, a császár keze által az ő emberévé lesz, esküvel fogadva neki hűséget, és hogy amíg csak Károly él, sosem jön országára ellenséges sereggel. Ezután Brazlavo herceg jött el, aki abban az időben a Dráva és Száva közti országot uralta, és katonai hűségesküt tett; a király pedig Karintián át Itáliába utazott, és szerencsésen megünnepelte Krisztus születését Páviában.

DCCCLXXXV.

Proxima die sanctae epiphaniae habito generali conventu Wito dux Spolitanorum, qui antea fuga ab imperatore lapsus est, cum iuramento excusavit se non esse reum maiestatis, ad fidelitatem regiam susceptus est.

Post obitum Karolomanni regis, qui tunc Galliam rexerat, cesar regnum ipsum adgreditur receptisque primoribus et dispositis ibi rebus, prout voluit, remeavit in Franciam ad edictum placitum Wormacense obviam apostolico. Sed dum ipse papa iam medio itineris spatio foret, correptus celeri infirmitate expiravit.

Gotafridus rex accusatus, ut in regnum Francorum cum Nordmannis consuleret, ab ipsis etiam accusatoribus occisus est. Hugo filius Hlotharii incaute in regno imperatoris agens oculorum luce orbatus est.

Pax in Oriente inter Arnolfo et Zwentibaldo, praesentibus scilicet Baiowariorum principibus, iurisiurando constare firmatur.

DCCCLXXXVI.

Natalem Domini imperator Radasbona celebravit. Inde invitatus ab apostolico Italiam petiit, Liutwardum episcopum Romam misit. Ibi multimodis rebus, prout conplacuit, dispositis inter alia summus praesul a rege interrogatus decrevit, ut episcopis, quorum

885.

A Vízkeresztet követő napon tartott általános gyűlésen Wito spoletói herceg, aki korábban elmenekült a császár elől, esküvel mentette ki magát a felségsértés bűne alól, és visszafogadták a király hűségébe.

Karlmann király halála után, aki akkor Galliát kormányozta, a császár elment ennek országába, s fogadva a főembereket és akarata szerint elrendezve ott a dolgokat, visszatért Frankföldre, hogy a Wormsba meghirdetett gyűlésen találkozzon a pápával.[8] Ám amikor a pápa már útja felén járt, gyors lefolyású betegségbe esve elhunyt.

Gotafrid királyt, miután megvádolták, hogy a frank királyságban összeszövetkezett a normannokkal, maguk a vádlók ölték meg. Hugót, Lothár fiát, mivel óvatlanul járt el a császár országában, megfosztották szeme világától.

Keleten esküvel erősítik meg a békét Arnolf és Zwentibald között, mégpedig a bajor főemberek jelenlétében.

886.

Az Úr születését a császár Regensburgban ünnepelte. Innen az apostolutód[9] meghívására Itáliába igyekezett; Liutward püspököt Rómába küldte. Miután itt sokféle dolgot elrendezett úgy, amint tetszésére volt, az egyházfő egyebek közt a király kérésére úgy

8 III. Adorján, 884–885.

9 V. István, 885–891.

parrochias de incendiis gentilium vastate penitus apparent, alias sedes eis non occupatae concederentur. Die sancto palmarum seditio urbe Papia inter satellites regis et civibus infeliciter orta. Nam ex una parte multis occisis ex alia civium urbis multi vulnerati propter affinitatem imperatoris, qui tunc ad curtem Olonnam pascha mansit, timore in fugam lapsi in via vitam finivere.

Post pascha habito generali Papia conventu imperator per Burgundiam obviam Nordmannos in Galliam, qui tunc Parisios erant, usque pervenit. Occiso ibi Heimrico marchensi Francorum, qui in id tempus Niustriam tenuit, rex parum prospere actis rebus revertitur in sua.

Discordia inter Perangarium cognatum regis, qui Foro Iuliense fruitur, et Liutwardum episcopum oritur. Propterea Perangarius mittens Vercellinam urbem expoliare ibique veniens multis rebus episcopi abreptis, prout voluit, reversus est.

Tempore autumni plus solitum inundationes aquarum excreverunt inestimate. Nam in Oriente erumpentibus per litus fluctibus villae inopinate circumdate subito feruntur, ita ut cum inhabitantibus viris, feminis, infantulis usque in abyssum deletae cernuntur. Inter Alpes vero talis rapacitas aquarum et collisio lapidum fuit, ut flexuras et vestigia viarum per divexa montis latera nullo modo prospici poterint.

rendelkezett, hogy azoknak a püspököknek, akiknek a székhelye a pogány gyújtogatások miatt teljesen megsemmisültnek tűnik, más, betöltetlen székeket juttassanak. Virágvasárnap Pavia városában gyászos kimenetelű csatározás támadt a király testőrei és a polgárok között. Az egyik részről ugyanis sokakat megöltek, a másik, a városi polgárok részéről pedig sokan megsebesülve, a császár közelléte miatt (aki akkor Corte Olonnában maradt húsvétra) félelmükben elmenekülve az úton végezték be életüket.

Húsvét után Páviában általános gyűlést tartva a császár Burgundián át egészen Galliáig vonult a normannok ellen, akik addigra már Párizsnál voltak. Miután ott megölték Heimric frank őrgrófot, aki abban az időben Neustriát uralta, a király, dolgait kevés sikerrel végezve, visszatért hazájába

Viszály támad Berengár, a király rokona (aki Friuli birtokát élvezte) és Liutward püspök[10] között; emiatt Berengár csapatokat küldött Vercellibe, hogy rabolják ki a várost, és odaérve a püspök sok javait elrabolta; majd, amint akart, visszatért.

Ősz idején a szokottnál nagyobb árvizek mérhetetlenül elhatalmasodtak; Keleten ugyanis, amint mondják, a folyók medrükből kitörve hirtelen és váratlanul körülvették a városokat, olyannyira, hogy azokat a bennük lakó férfiakkal, nőkkel, csecsemőkkel együtt elnyelte a mélység. Az Alpokban pedig olyan özönvizek és kőhullások voltak, hogy az utak kanyarulatai és nyomvonala teljesen kivehetetlenné váltak az elcsúszott hegyoldalakon.

10 Vercelli püspöke.

DCCCLXXXVII.

Imperator Elisacia magna infirmitate adgravatur. Postea parum convalescens ad Alamanniam proficiscitur, vergens curtem Podomam pro dolore capitis incisionem accepit. Transacto die sancto paschae habitum est placitum Weibilinga; ibi inter alia Berngarius ad fidelitatem caesaris pervenit magnisque muneribus contumeliam, quam in Liutwardo priori anno commiserat, componendo absolvit.

Mortuo itaque Buosone parvulus erat ei filius de filia Hludowici Italici regis; obviam quem imperator ad Hrenum villa Chirihheim veniens honorifice ad hominem sibi quasi adoptivum filium eum iniunxit. Alamanni contra Liutwardum episcopum dolose conspiravere, qui tunc maximus consiliator regis palatii fuit, et eum a presentia imperatoris omni honore privatum abire conpellunt.

Mox vero caesar gravissima infirmitate detentus est. Ab illo ergo die male inito consilio Franci et more solito Saxones et Duringi quibusdam Baiowariorum primoribus et Alamannorum ammixtis cogitaverunt deficere a fidelitate imperatoris nec minus perficere. Igitur veniente Karolo imperatore Franconofurt isti invitaverunt Arnolfum filium Karlmanni regis ipsumque ad seniorem eligerunt, sine mora statuerunt ad regem extolli.

887.

A császár Elzászban súlyos betegségben szenved. Miután valamennyire felépült, Alamanniába utazik, és betér Bodmen udvarhelyre, ahol fejfájása miatt eret vágnak rajta. Húsvét szent napjának[11] elmúltával gyűlést tartottak Weiblingenben; itt egyebek közt Berengár a császár hűségére tért, és a gyalázatot, amit Liutward ellen az előző évben elkövetett, nagy ajándékokat felsorakoztatva oldja fel.

Buoso halála idején még kicsiny volt fia, aki Lajos itáliai király lányától született; a császár elément a Rajnánál, Kircheim városánál, és megtisztelő módon fogadta hívéül, mintha örökbefogadott fia lenne. Az alamannok álnokul összeesküdtek Liutward püspök ellen, aki akkoriban a legfőbb tanácsos volt a királyi udvarban, és minden tisztségétől megfosztva arra kényszerítik, hogy távozzon a császár jelenlétéből.

Majd pedig igen súlyos betegségbe esett a császár; ettől a naptól tehát tanácskozásba kezdve a frankok és szokott módon a szászok és a thüringiaiak egyes bajor és alamann főurakkal együtt azon kezdtek gondolkodni, hogyan pártoljanak el a császártól, és meg is tették. Így hát, amikor Károly császár Frankfurtba érkezett, ezek meghívták Arnolfot, Karlmann fiát, és az előkelők közé választották, majd késedelem nélkül úgy döntöttek, hogy királlyá emelik. Károly igyekezett, hogy háborút indítson Arnolf király

11 Április 16.

Karolus nitens bellum contra Arnolfum regem instaurare, sed non proficit; concussis timore Alamannis, quibus maxime negotium sui regni habebat commissum, omnes penitus ab eo defecerunt, ut etiam ministri ab eo defecti sub celeri festinatione ad Arnolfum regem se iunxerunt.

Karolus, dum se undique a suis desertum sentiret, nescius, quid sui causae consilium possit fieri, tandem munera ad regem direxit, exposcens sua gratia vel pauca loca in Alamannia sibi ad usum usque in finem vitae suae largiri; quod rex ita fieri concessit. Sed tamen ne hoc diu aput se retinuit; nam paucos dies locis a rege sibi concessis religiose morabatur, post Christi nativitate die Idus Ian. ultimum diem feliciter clausit. Et mirum in modum, usque dum honorifice Augensi ecclesia sepelitur, celum apertum multis cernentibus visum est, ut aperte monstraretur, qui spretus terrenae dignitatis ab hominibus exuitur, Deo dignus caelestis patriae vernula mereretur feliciter haberi.

DCCCLXXXVIII.

Rex Arnolfus urbe Radasbona receptis primoribus Baiowariorum, orientales Francos, Saxones, Duringos, Alamannos, magna parte Sclavanorum, natalem Domini et pascham ibidem honorifice

ellen, ám sikertelenül; mivel megijedtek az alamannok, akikben leginkább megbízott országa ügyeiben, mindnyájan teljesen elpártoltak tőle, még miniszterei is, elpártolva tőle, nagy sietséggel csatlakoztak Arnolf királyhoz.

Károly, mikor látta, hogy övéi körös-körül elhagyták, nem tudva, milyen tervvel segíthetne ügyén, végül ajándékokat küldött a királynak, azt a kegyet kérve tőle, hogy legalább néhány várost adjon neki Alamanniában, amelyek jövedelmeit élvezheti élete végéig – a király pedig megengedte, hogy így legyen. Ám még ezeknek sem sokáig maradt birtokában; mert csak kevés napot töltött el jámborságban a király által neki átengedett helyeken, amikor Krisztus születésnapja után, január 13-án boldogan befejezte utolsó napját. És csodálatos módon egészen addig, amíg el nem temetik a reichenaui templomban, sokan megnyílva látták az eget, hogy nyilvánvalóan megmutatkozzon: akit az emberek megvetve megfosztanak a világi méltóságtól, az Istenhez méltóként kiérdemli, hogy Ő az égi haza boldog lakosává tegye.

888.

Arnolf király Regensburg városában fogadva a bajorok főembereit, a keleti frankokat, szászokat, thüringiaiakat, alamannokat, a szlávok nagy részét, áhítattal ugyanott ünnepelte az Úr születését és a hús-

celebravit. Illo diu morante multi reguli in Europa vel regno Karoli sui patruelis excrevere. Nam Perngarius filius Ebarhardi in Italia se regem facit; Ruodolfus vero filius Chuonradi superiorem Burgundiam apud se statuit regaliter retenere; inde itaque Hludowicus filius Buosoni et Wito filius Lantberti Galliam Belgicam necnon Provinciam prout reges habere proposuerunt; Odo filius Rodberti usque ad Ligerim fluvium vel Aquitanicam provinciam sibi in usum usurpavit; deinceps Ramnolfus se regem haberi statuit.

His auditis rex Franciam peciit habitoque ad Franconofurt generali conventu disposuit adventare Wormaciam. Quod vero Odo comperiens salubri utens consilio contestans se malle suum regnum gratia cum regis pacifice habere quam ulla iactantia contra eius fidelitatem superbire; veniensque humiliter ad regem et gratanter ibi recipitur. Rebus ab utraque parte, prout placuit, prospere dispositis unusquisque reversus est in sua.

Rex contra Rodulfum Elisaciam progreditur; inde ad eum misso Alamannico exercitu ipse per Franciam Baiowariam reversus est. Rodolfus enim inito consilio cum primoribus Alamannorum sponte sua ad regem urbem Radasbonam usque pervenit multaque inter illos convenienter adunata ipse a rege cum pace permissus, sicuti venit, ad sua remeavit.

Italiam equidem cum exercitu aggredi regi conplacuit, sed Perangarius, qui parumper antea cum Witone dimicans cruenter

vétot.[12] Mivel sokáig időzött itt, Európában avagy nagybátyja, Károly országában sok kiskirály támadt. Itáliában Berengár, Ebarhard fia teszi magát királlyá; Rudolf pedig, Konrád fia úgy döntött, királyként veszi birtokába Felső-Burgundiát. Ezután már Lajos, Buoso fia, és Wito, Lantbert fia kijelentették, hogy Belga-Galliát és Provence-ot királyként tartják hatalmukban; Odó, Rodbert fia saját használatába vonta Aquitánia tartományát egészen a Loire folyóig, s ezután már Ramnolf herceg is úgy döntött, hogy királynak kell tekinteni.

Ezek hallatán a király Frankföldre sietett, és Frankfurtban általános gyűlést tartva felkészült arra, hogy Wormsba utazzon. Odó pedig, erről értesülve és egy jó tanácsot megfogadva, kijelentette, hogy inkább akarja országát a király kegyéből békében megtartani, mint valami hetvenkedéssel az ő hűsége ellen gőgből felkelni: és mivel alázattal járult a király elé, kegyesen is fogadták ott. Miután a dolgokat mindkét részről kedvezően elrendezték, amint akarták, ki-ki hazatért.

A király Rudolf ellen Elzászba indult tovább; mikor innen alamann sereget küldtek ellene, ő maga Frankföldön át visszatért Bajorországba. Rudolf pedig, tanácskozást kezdve az alamannok főembereivel, önként a király elé járult, egészen Regensburgba, és ott egymás közt sok dologról egyezségre jutva a király békével elbocsátja őt, és amint jött, visszatért hazájába.

Ugyan a király úgy döntött, hogy Itáliát sereggel támadja meg, de Berengár, aki valamivel korábban véres harcot folytatott

12 Április 7.

tyranno, hoc praecavens, ne Italicum regnum cum tam valida manu ingressum perperam pateretur, missis ante se principibus suis, ipse vero oppido Tarentino regi se praesentavit. Ob id ergo et a rege est clementer susceptus, nilque ei antequisiti regni abstrahitur; excipiuntur curtes Navum et Sagum.

Exercitui itaque non mora licitum erat domum redeundi. Rex autem paucis secum assumptis Forum Iuliense penetrans curtem Corontanam natale Domini celebravit. Tanta namque in isto itinere consternatio equinorum cadaverum fit, ut vix umquam talis fieri memoria mortalibus traditum sit.

DCCCLXXXVIIII.

Liutbertus Magontinae urbis nobilis archiepiscopus ab hac vita migravit. Cuius vivendi ordo quali probitate maneret, per omnia longum est explicare. Tamen licet pauca, in quibusdam versiculis breviter expediatur:

Largus erat multum, paciens humilisque, benignus,
Omnibus exemplum in bonitate manens;
Hister qua fluitat currit Hrenusque bicornis,
Litterulis doctis doctior ille fuit.

a bitorló Witóval, ennek elébe vágott, hogy Itália ne szenvedjen károkat egy ekkora sereg behatolásától, és főembereit előreküldve maga jelent meg Trento városában a király előtt. Emiatt tehát a király is kegyesen fogadta őt, és semmit nem vett el a korábban igényelt országból, kivéve Navum és Sagum udvarhelyeket. A hadseregnek így lehetősége volt haladéktalanul hazatérni. A király pedig, csak keveseket véve maga mellé, Friuliba ment és Karnburgban ünnepelte az Úr születését. Olyan mennyiségű elhullott ló borított mindent ezen az úton, hogy aligha esett meg ilyen emberemlékezet óta.

889.

Liutbert, Mainz város nevezetes érseke elköltözött e földi életből. Hosszú lenne mindenre kiterjedően elmondani, életútja milyen feddhetetlennek bizonyult; de röviden, néhány verssorban hadd álljon itt egy pár dolog:

Bőkezü volt, tűrő, szívélyes, alázata híres;
példa a jóságra minden időkre neked;
Hol Duna hömpölyög el, kétágú Rajna folyik le,
értőknél értőbb volt tudományban is ő.[13]

13 Fehér Bence fordítása; prózában: „Nagyon bőkezű volt, türelmes, alázatos és kedves; / mindenki számára példa marad a jóságra; / amerre a Duna folydogál, és fut a kétágú Rajna, / a tudományban képzetteknél képzettebb volt ő."

Grave igitur tempus hoc anno incanduit. Nam Italica febris tussiendo perplurimos vexabat, inundationes aquarum plus solito excrevere, civilia bella circumquaque regiones conquassantur, pestilentia sparsim ac fames inopinata ultra modum incubuit. Grandine vero contritis frugibus mortales inopiam frugum cum miseria patiuntur. Sed inter alia execrabile prodigium in regione Thuringorum visum est. Namque e celo aqua, non ut solet pluvia stillatim descendere, sed coacervatim quasi fluens torrens irruit, per tres villas uno momenti ictu evulsis aedificiis, ter centum cadavera mortuorum inpulsione aquarum campo deiecta colligebantur.

Exeunte mense Madio rex apud villam, quae dicitur Forahheim, generale conventum habuit; ibique disputans de statu regni sui consultum est, ut eodem tenore primores Francorum prout Baioarii iuramento confirmarent, ne se detraherent a principatu vel dominatu filiorum eius, Zwentibulchi quidem et Ratoldi, qui ei de concubinis erant nati. Quod quidam Francorum ad tempus rennuentes, tandem regie satisfacientes voluntati dextram dare non recusabant, eo tamen modo, ut si de legali sua uxore heres ei non produceretur. Advenientibus etiam ibidem undique nationum legatis, Nordmannorum scilicet ab aquilone, Sclavanorum, pacifica optantes; quos rex audivit et sine mora absolvit. Inde itaque edictum est in exercitum ire ad Obodritos; sed antea placitum curte regia Franconofurt haberi cum Francis regi conplacuit. Perventum igitur est, sicuti antea dispositum erat, ad Obodritos

Nehéz idők jöttek ebben az évben; mert tömegeket gyötört köhögéssel az itáliai láz, az árvizek a szokásosnál magasabban tetőztek, köröskörül polgárháborúk rázták meg az országokat, szerte dögvész és váratlan éhínség nehezedett módfelett a vidékre. Mivel a jégeső elverte a terményeket, a halandók nyomorultul megszenvedték a terményhiányt. Ám a többi között is a legiszonyúbb baljós jelet a thüringiai tartományban látták: az égből ugyanis a víz nem a szokott módon, cseppekben záporozva hullott le, hanem egy tömbben, mint egy folyó zuhataga rontott alá, csapásával három városban egy pillanat alatt ledöntve az épületeket, és háromszáz, a víz sodrása által a mezőre kidobott holttestet gyűjtöttek össze utána.

Május hónap végén a király a Forchheim nevű városban általános gyűlést tartott, s itt az ország állapotáról tanácskozva az a döntés született, hogy a frank főemberek ugyanazzal a szöveggel, mint a bajorok, esküvel erősítsék meg, hogy nem fogják kivonni magukat fiai, az ágyasoktól született Zwentibulch és Ratold vezetése avagy uralma alól. Egyes frankok ezt egy ideig visszautasították, végül nem vonakodtak jobbjukat adni, eleget téve a király akaratának, ám azzal a kikötéssel, hogy csak ha nem születik utódja hites feleségétől. Eljöttek ugyanide mindenfelől a különböző népek követei is, tudniillik északról a normannok, szlávok, békét óhajtva; a király meghallgatta és késedelem nélkül el is bocsátotta őket. Ezután elrendelték azt is, hogy sereg induljon az obodriták ellen; ám a király úgy látta jónak, hogy még előtte gyűlést tartson Frankfurtban, királyi palotájában a frankokkal. Odaért tehát, amint már korábban tervezte, hatalmas sereggel az

cum maximo exercitu. Sed tamen ibi parumper rebus prospere gestis rex data exercitui licentia ad Franconofurt celeri festinatione reversus est; inde per Alamanniam paulatim transgrediens Baiowariam urbe Regino honorifice natale Domini celebravit.

DCCCXC.

Mediante vero quadragesima rex Pannoniam proficiscens generale conventum cum Zwentibaldo duce loco, quem vulgo appellatur Omuntesperch, habuit. Ibi inter alia prefatus dux ab apostolico rogatus regem enixe interpellabat, ut urbe Roma domum sancti Petri visitaret et Italicum regnum a malis christianis et inminentibus paganis ereptum ad suum opus restringendo dignaretur tenere. Sed rex multimodis causis in suo regno excrescentibus praepeditus quamvis non libens postulata denegavit. Post pascha mense Madio villa, quae dicitur Forahheim, cum suis conloquium habuit. Ibi ad eum filia Hludwici Italici regis vidua Bosoni tyranni magnis cum muneribus veniens honorifice suscepta ac ad propria remissa est. Rex ibi rebus dispositis, prout placuit, causa orationis in Alamannia Augeam Constantiamque pervenit; inde regrediens urbe Radasbona natale Christi celebravit.

obodritákhoz; ám mivel ott kevés sikerrel járt, a király elengedve a sereget nagy sietséggel visszatért Frankfurtba. Innen Alamannián lassan átvonulva Bajorországba, Regensburgban ünnepelte áhítattal az Úr születését.

890.

Böjtközép idején pedig a király Pannóniába utazva általános gyűlést tartott Zwentibald fejedelemmel azon a helyen, melyet közönségesen Omuntesperchnek[14] neveznek. Itt egyebek közt az említett herceg az apostolutód[15] kérésére erősen könyörgött a királynak, hogy látogassa meg Róma városában Szent Péter templomát, és méltóztasson Itáliát a rossz keresztények és a fenyegető pogányok közül kiragadva saját művéhez csatolva irányítani. Ám a király, akadályoztatva a sokféle ügy miatt, melyek saját országában merültek fel, noha kelletlenül, de nemet mondott a kérésre. Húsvét után, május hónapban a Forchheim nevű városban tanácskozást tartott övéivel. Itt nagy ajándékokkal eléje járult Lajos itáliai király lánya, a bitorló Buoso özvegye; tisztelettel fogadva visszaküldte hazájába. A király itt elrendezve a dolgokat, amint tetszett, Alamanniában elment Reichenauba és Konstanzba, hogy imádkozzék. Innen visszatérve Regensburgban ünnepelte Krisztus születését.

14 Omuntesdorf; egy (kétes) azonosítás szerin Amandhegy, a mai Pannonhalma.

15 VI. István, 895–891.

Salomon Constantiae episcopus, vir vitae probabilis, obiit; cui equivocus eius, Salomon iunior, tercius siquidem tunc eiusdem nominis vocabulo in sedem episcopus successit.

DCCCXCI.

Rex legatos suos pro renovanda pace ad Maravos transmisit. Embricho Regino urbe episcopus,

Vir paciens, humilis, sobrius fidusque manebat,

gravis etate feliciter diem ultimum clausit. Ipsa vero civitas divina ultione mirum in modum subito incensa cum omnibus machinamentis, etiam ecclesiis IIII. Id. Aug. concremata est, exceptis domus sancti Emmerammi martiris et ecclesia sancti Cassiani media urbe constituta ab igne divinitus defense sunt.

Nordmanni igitur fines occidentalium Francorum invadentes, quod ad defendendum exercitus a Francia dirigitur; ibi Sundaroldus Magonciacensis archiepiscopus incaute illis occurrens interfectus est, in cuius locum Haddo abbas Augensis cenobii, homo subtilis ingenii, antistes constituitur. Arnolfus ergo rex ob hoc ulciscendum in Nordmannos cum Francis Alamannico exercitu inutile secum assumpto iter arripuit.

Meghalt Salamon konstanzi püspök, a feddhetetlen életű férfiú; őt névrokona, az ifjabb Salamon, ezen a néven akkor már a harmadik követte a püspöki székben.

891.

A király elküldte követeit a morvákhoz, hogy megújítsák a békét. Embricho, Regensburg püspöke, aki

Tűrő jellem, alázat, józan erély, hű végig,[16]

magas kort megérve boldogan végezte be utolsó napját. Maga a város viszont, Isten büntetéséből augusztus 10-én csodálatos módon, váratlanul lángra kapva minden létesítményével, még templomaival is, leégett, kivéve Szent Emmerám vértanú székesegyházát és Szent Kassziánnak a város közepén emelt templomát, melyeket Isten megvédett a tűztől.

A normannok ezután megtámadják a nyugati frankok határvidékét, aminek kivédésére hadat vezényelnek oda Frankföldről. Itt megölik Sundarold mainzi érseket, aki óvatlanul szállt szembe velük; helyére Haddót, a reichenaui kolostor apátját, egy éles elméjű férfiút választják meg elöljárónak. Arnolf király tehát, ezt megbosszulandó, útnak indult a frankokkal, magával víve, bár haszontalanul, az alamannok seregét is. Az alamannok ugyanis,

16 *Vir paciens, humilis, sobrius fidusque manebat* – Szó szerint: „Türelmes, alázatos, józan és hű ember volt mindvégig".

Sed Alamanni quasi egrotantes a rege domum relapsi sunt; ipse cum Francis ad occidentem prospere profectus est. Nordmanni devastata ex maxima parte Hlotharici regni regione prope fluvio Dyla loco, qui dicitur Lovonnium, sepibus more eorum municione cepta securi consederunt. Ex inproviso enim rex et exercitus pervenere ad eundem locum. Transito igitur celeriter eodem fluvio nec mora meditatum est proelium applicari. Cunctanti namque regi, ne tam valida manus periclitaretur, quia interiacente palude ex parte una, ex altera circumfluente ripa non donatur facultas equitibus aggredi, oculis, cogitatione, consilio huc illuc pervagabatur, quid consilii opus sit, quia Francis pedetemptim certare inusitatum est, anxie meditans, tandem heros primores Francorum advocans sic alloquitur patienter: „Viri, Deum recolentes et semper sub Dei gratia patriam tuendo fuistis invincibiles; inspirate animis, si ab inimicis quandoquidem more paganissimo furentibus pium sanguinem parentum vestrorum effusum vindicari recolitis et sacra sub honore sanctorum creatoris vestri templa eversa iam in patria vestra cernitis, ministros eciam Dei summo gradu consistentes prostratos videtis. Nunc, milites, agite, ipsos sceleris factores ante oculos habentes, me primum equo descendentem, signa manu praeferentem sequimini;

mintha betegeskednének, a királyt otthagyva hazaszivárogtak; így szerencsésen odaért nyugatra, de már csak a frankokkal. A normannok, miután Lothár országának legnagyobb részét feldúlták, szokásuk szerint sáncokkal erődített táborban biztosították magukat a Dyle folyó közelében, egy Lovonnium[17] nevű helyen. A király és serege viszont váratlanul ért erre a helyre; így, gyorsan átkelve a folyón, azon gondolkodtak, hogy haladéktalanul csatába bocsátkoznak. A király azonban habozott, hogy kitegye-e veszélynek ezt a nagy sereget, mivel egyik részről mocsár feküdt mellettük, a másikról a folyópart kanyarodott arra, így nem adódott lehetőség, hogy lovassággal támadjon. Tekintete, gondolatai, tervei ide-oda cikáztak, hogy milyen tervre lenne itt szükség, s mert a frankok számára szokatlan volt, hogy lépésről lépésre előrejutva harcoljanak, aggódva töprengett. Végül a hős, magához szólítva a frankok főembereit, így beszélt hozzájuk nagy nyugalommal: „Férfiak! Amíg tiszteltétek Istent és mindig az ő kegyelmében védtétek hazátokat, legyőzhetetlenek voltatok. Ébredjen fel haragotok, ha arra gondoltok: megbosszulhatjátok, hogy a legpogányabb módon tomboló ellenség kiontotta atyáitok szent vérét; hogy végignézitek, amint már a hazátokban dúlják fel a Teremtő szentjeinek tiszteletére szentelt templomokat, és Isten legmagasabb rangban álló szolgáit is leterítették. Katonák! Most cselekedjetek, amikor itt vannak szemetek előtt a gaztettek elkövetői, és kövessetek, amikor elsőként szállok le a lóról, és előttetek

17 Louvain.

non nostram, sed eius, qui omnia potest, contumeliam vindicantes inimicos nostros in Dei nomine aggredimur!"

His incitati dictis, omnibus, senis et iuvenibus, par voluntas et audatia pedestre bellum aggredere datur; prius regem flagitantes, ut equitando eos procuraret, ne quid eis pugnantibus a tergo insidiis inimicorum timendum sit. Clamor a christianis in celum attollitur, nec minus pagani more suo clamantes, signa horribilia per castra movebantur. Evaginatis gladiis ex utraque parte, ut lapis ferro, in invicem ad invicem occursum est. Erat autem ibi gens fortissima inter Nordmannos Danorum, quae numquam antea in aliqua munitione vel capta vel superata auditur. Dure certatum est; sed non in diu subveniente gratia Dei victoria ad christianos concessit. Nordmanni fuge praesidium querentes, flumen, quod antea eis a tergo pro muro habebatur, pro morte occurrebat. Nam instantibus ex altera parte cede christianis coacti sunt in flumen praecipitari, coacervatim se per manus et colla cruribusque complectentes in profundum per centena vel milia numero mergebantur, ita ut cadaveribus interceptum alveum amnis siccum appareret. In eo proelio cesi sunt duo reges eorum, Sigifridus scilicet et Gotafridus; regia signa XVI ablata et in Baioaria in testimonium transmissa sunt. Eodem in loco die . . . Kal . . . . letanias rex celebrare praecipit; ipse cum omni exercitu

viszem kezemben a hadi zászlót. Isten nevében megtámadjuk az ellenséget, megtorolva nem a miellenünk, hanem a Mindenható ellen elkövetett gyalázatot!" E szavaktól feltüzelve mindenki, öreg és fiatal, egy akarattal és vakmerőséggel képes már gyalogos ütközetre vállalkozni; előbb azonban még kérik a királytól, hogy a lovassággal ügyeljen arra, ne kelljen attól félniük, hogy csata közben hátulról vetnek cselt nekik. A keresztények kiáltása az égig hatol, és a pogányok is, szokásuk szerint üvöltve, rettentő hadijelvényeket visznek át a táboron. Miután mindkét oldalon kardot rántottak, mint kő a vasnak, innen is, onnan is összecsapnak. Ott volt pedig a normannok között a legvitézebb nép, a dánoké is; azelőtt még sosem hallottak arról, hogy bármely erődjüket elfoglalták vagy legyőzték volna. Kemény volt a harc, ám Isten kegyelme segítségével nemsokára a kereszténveké lett a győzelem. A normannok futásban kerestek menedéket: a folyó, amely azelőtt hátulról falként védte őket, most halálos csapda lett, mert a másik oldalról a keresztények fenyegették őket levágással, így kénytelenek voltak a folyóba ugrani. Itt kavarogva, egymás kezébe, nyakába, lábába kapaszkodva százával vagy ezrével merültek a mélybe, olyan sokan, hogy a holttestektől eltorlaszolva úgy tűnt, mintha kiszáradt volna a folyó medre. Ebben a csatában elesett két királyuk is, tudniillik Sigifrid és Gotafrid; 16 királyi jelvényt zsákmányoltak és küldtek el tanújelül Bajorországba. A király elrendelte, hogy […][18] hónap elsején ugyanezen a helyen litániát tartsanak;

18 Ezt a szakaszt már csak a 3. kódex hozza, itt lacunával, melyet valószínűleg későbbi kitöltésre hagytak meg.

laudes Deo canendo processit, qui talem victoriam suis tribuit, ut uno homine tantum occiso de parte christianorum compertum est, tanta milia hominum ex altera parte perierunt.

DCCCXCII.

Rex de Francia cum victoria in Alamannia, curte regia Ulma, honorifice natalem Domini celebravit. Inde Orientem proficiscitur, sperans sibi Zwentibaldum ducem obvium habere; sed ille more solito ad regem venire rennuit, fidem et omnia ante promissa mentitus est. Inde rex irato animo in Hengistfeldon cum Brazlavone duce colloquium habuit, ibi inter alia quaerens tempus et locum, quomodo possit terram Maravorum intrare; consultum est enim, ut tribus exercitibus armatis regnum illud invaderet. Rex equidem assumptis secum Francis, Baioariis, Alamannis mense Iulio Maraviam venit; ibi per IIII epdomadas cum tanta multitudine, Ungaris eciam ibidem ad se cum expeditione venientibus, omnem illam regionem incendio devastandam versabatur.

Missos etiam suos inde ad Bulgaros et regem eorum Laodomir ad renovandam pristinam pacem cum muneribus mense Septembrio transmisit et, ne coemptio salis inde Maravanis daretur, exposcit.

Missi autem propter insidias Zwentibaldi ducis terrestre iter non valentes habere de regno Brazlavonis per fluvium Odagra usque ad Gulpam, dein per fluenta Savi fluminis navigio in Bul-

maga pedig az egész hadsereggel Isten dicséretét énekelve vonult fel, aki olyan győzelmet adott híveinek, hogy a keresztény részről egyetlenegy embert veszítve el, a másik oldalról oly sok ezer ember pusztult el.

892.

A király Frankföldről győztesen Alamanniába térve vissza, ulmi királyi palotájában ünnepelte meg áhítattal az Úr születését. Innen keletre indul, remélve, hogy szembetalálkozhat Zwentibald fejedelemmel, ám az megtagadta, hogy a szokott módon a király elé járuljon, és megszegte az iránta való hűséget, illetve minden korábbi ígéretét. A király emiatt megharagudva Hengistfeldben tanácskozást tartott Brazlavo herceggel, ahol egyebek közt annak idejét és helyét keresték, hogyan támadhatná meg a morvák földjét; arra jutottak ugyanis, hogy három felfegyverzett hadsereggel megtámadja ezt az országot. A király tehát, maga mellé véve a frankokat, bajorokat, alamannokat, július hónapban Moráviába érkezik; itt e nagy sereggel négy héten át, miután ugyanott magyarok is csatlakoztak hozzá egy csapattal, az egész vidéket bejárta, gyújtogatással pusztítva.

Követeit is innen küldte át szeptember hónapban a bolgárokhoz és királyukhoz, Vladimirhez, ajándékokkal, hogy megújítsák a korábbi békét, és elérte, hogy ne adjanak el innen sót a morváknak. Mivel azonban a küldöttség Zwentibald fejedelem lesvetése miatt nem volt képes szárazföldön utazni, Brazlavo országából az Odra folyón át egészen a Kulpáig, azután a Száva folyó vizén hajózva jutottak el Bulgáriáig. Miután itt a király tisztelettel fogadta

garia perducti. Ibi a rege honorifice suscepti eadem via, qua venerant, cum muneribus mense Maio reversi sunt.

Poppo dux Thuringorum honoribus privatus est.

DCCCXCIII.

Ante quadragesimam rex per totam occidentalium Francorum provintiam monasteria, episcopatus causa orationis obibat. Engilscalchus iuvenili audatia vir, qui post rapta de concubina regis filia ad tempus se Maravos exul contulit, post hec ad gratiam regis non longum veniens marchensis in Oriente efectus est. Ibi audaciter contra primores Baioarie in rebus sibi summissis agens iuditio eorum, Radaspona urbe incaute palatium regis prolapsus nec regi presentatus, obcecatus est. Hinc etiam et Willihelmus filius patruelis eius missos suos ad Zwentibaldum ducem dirigens reus maiestatis habebatur, capite detruncatus est. Frater quoque eius cum Maravanis exul delatiscens insidioso consilio ducis cum aliis quam plurimis interfectus est.

Arrepto itaque rex itinere iterum regnum Zwentibaldi ducis ingreditur cum exercitu, maxima parte illius regionis expoliata propter insidias positas magna cum dificultate itineris in Baioaria ad reginam curtem Otingam reversus est. De qua ei non multum post filius nascebatur, quem Haddo Magonciacensis archiepiscopus et Adalpero Augustae Vindelicae episcopus sacro fonte baptismatis chrismantes nomine avi sui Hludawicum appellaverunt. Missi autem Formosi apostolici cum epistolis et primoribus Italici regni ad regem in Baioaria advenerunt, enixe deprecantes, ut

őket, május hónapban ugyanazon az úton tértek vissza ajándékaikkal, amelyiken érkeztek.

Poppót, a thüringiaiak hercegét megfosztották tisztségeitől.

893.

Nagyböjt előtt a király az egész nyugati frank tartományban felkereste a kolostorokat és püspöki székhelyeket, hogy imádkozzék. Engilscalch, egy ifjú módjára vakmerő ember, aki a király ágyastól született lányát elrabolva egy ideig száműzetésben a morvák között húzta meg magát, nem sokkal azután visszakerülve a királyi kegybe, őrgróf lett Keleten. Mivel ott vakmerően a bajor főnemesek ellen ítélt a rá bízott perekben, ezek döntése nyomán megvakították, amikor Regensburgban óvatlanul anélkül tért be a királyi palotába, hogy bejelentette volna magát. Ezután Wilhelmet, nagybátyja fiát is, mivel követeket küldött Zwentibald fejedelemhez, felségsértéssel vádolták meg, és lefejezték. Fivérét is, aki a morváknál rejtőzött számkivetve, a herceg álnok terve révén sokakkal együtt megölték.

A király ezek miatt útját megszakítva ismét sereggel támadja meg Zwentibald országát, és területének legnagyobb részét kifosztva, mivel lest vetettek neki, nagy úti nehézségek árán tért vissza Bajorországba a királynőhöz, Öttingbe. Tőle nem sokkal később fia született, akit Haddo mainzi érsek és Adalpero, Augsburg püspöke mostak meg a keresztség szent kútjánál; nagyapja neve után Lajosnak hívták. Bajorországba érkeztek a királyhoz Formózusz apostolutód küldöttei levéllel és Itália főnemeseivel,

Italicum regnum et res sancti Petri ad suas manus a malis christianis eruendum adventaret; quod tunc maxime a Widone tyranno affectatum est. Quos rex apud urbem Regino honorifice recipiens et cum muneribus postulata annuens abire permisit.

Hiemps aspera et plus solitum prolixa extenditur, ita ut mense Mart. nix in quibusdam locis per V dies mensura in profundo unum pedem habere viseretur.[1]

DCCCXCIIII.

Sonitus tonitrui magni increpuit V. Kal. Febr.

Ipse mox in itinere positus natalem Domini curte regia Eibilinga mansit; inde cum Alamannico exercitu Italiam intravit. Pergamum civitatem primum cum comite Widonis Ambrosio sibi rebellem sentit. Ob hoc rex mente commotus iussit castra exercitus ipse adequitans in ambitus supra montem usque ad murum civitatis promoveri. Conserti sunt enim ita vesperascente iam die pugnantes, ut cetera pars noctis par obsidentibus et obsessis vigilandum erat. Aurora insurgente rex missarum solemnitate completa urbem ad expugnandum exercitum per circuitum distribuit; ipse super verticem montis ad auxiliandum aggredientibus murum cum signis constabat. Mirabilis vigor animi utrisque datur et expugnandis et expugnatoribus; utrique in acie ut murus inter

1 Hic scriba (manus prima) in margine codicis 3 adiecit: „Inde per Baiowariam maxima penuria vini facta, oves et apes perditae."

erősen kérlelve, hogy jöjjön el hozzájuk, Itáliát és Szent Péter birodalmát a gonosz keresztények kezéből kiragadva a sajátjába venni; azt ekkor leginkább a bitorló Wido szorongatta. A király Regensburgban tisztelettel fogadta őket, és ajándékokkal bólintva rá kéréseikre, elbocsátotta őket.

A tél kemény és a szokottnál jobban elhúzódik, annyira, hogy március hónapban még egyes helyeken 5 napon át egy láb mély havat látni.[19]

894.

Január 28-án nagy mennydörgés hangja csattant fel.

A király ezután útra kelve aiblingi királyi palotájában maradt karácsonyra; innen alamann sereggel átlépte Itália határait. Először Bergamo városánál tapasztalt ellenállást, Wido grófja, Ambrosius részéről; a király ezen felindulva megparancsolta, hogy egészen a várfal tövében verjenek tábort, maga pedig a hegyet megkerülve, fellovagolt a tetejére. A harcoló felek már annyira sötétedés táján csaptak össze, hogy az éjszaka teljes további részében éberen kellett őrködniük ostromlóknak és ostromlottaknak. Hajnalhasadáskor a király, miután a szentmise befejeződött, majd körben elrendezte seregét a város ostromához, maga pedig a hegy tetején állt fel a hadijelvényekkel, hogy segítse a falat támadókat. Csodálatos lelkierő szállta meg az ostromlottakat és az ostromlókat is; úgy álltak

19 Az altaichi írnok még hozzáteszi a margón: „Emiatt Bajorország-szerte nagy szőlőhiány lépett fel, pusztultak a juhok és a méhek."

eos constanter applicati sunt. In primo enim impetu pugnae talis sonitus ferientium per scuta lapidum datur sentiri, ut hominibus castra regis servantibus, quae ultra unum miliarium posita erant, tonitruum simulabatur audire; maximis cum laboribus palatinis militibus coram rege certantibus tandem ad murum usque perventum est. Scuta super se in modum tecti conducta sustollunt, murum antiquitus fundatum perfodere temptant, ut desuper miseri urbani lapidibus dolia plena incassum submittentes, lanceis periactatis ad ultimum propugnacula murorum conantes super eos proicere; omni nisu impulsu pectorum instantes Dei nutu murum usque ad fundamentum prolabi fecerunt. Fit a populo clamor forinsecus, perturbatio cum fuga intrinsecus; ex omni parte exercitus urbem invadendo ut turbo dispoliat. Ambrosius comes, auctor contentionis contra regem, quandam turrim fugae praesidium quaerens ascendit, sed non utile. Nam prae furore iudicio exercitus captus et mox patibulo suspensus est; uxor vero eius et filii cum magno thesauro regi praesentati sunt. Episcopus etiam eiusdem civitatis nomine Adalbertus ibi comprehensus est et Haddoni episcopo servandus conceditur. Hinc tantus terror totam Italiam invasit, ut maximae urbes, Mediolanium scilicet et Papia, sponte ad regem venientes se subdiderunt.

Primores itaque marchenses, qui fuerunt Italici regni, Adalbertus videlicet fraterque eius Bonifacius, Hildibrandus quoque et Gerhardus, regi se praesentavere. Sed praesumptuose se inbeneficari ultra modum iactantes omnes capti sunt et in manus principum dimissi ad custodiendum. Sed non diu rex hoc sustinuit; nam misericordia motus permisit eis absolutionem, iuramento ei

a csatasorban mindkétfelől, mint a köztük levő fal. És a csata első rohamában olyan hangot adtak a pajzsokhoz verődő kövek, hogy a király táborát őrzők (ami több, mint egy mérföldre volt) azt hitték, mennydörgést hallanak. Végső erőfeszítéssel azonban eljutottak a falig a király szeme láttára harcoló testőrkatonák; pajzsaikat tetőként összezárva maguk fölé emelik, és megpróbálják aláásni a régi időkben rakott falat. Míg a szerencsétlen városiak hiába dobálnak rájuk felülről kövekkel töltött hordókat, ők összes lándzsájukat rájuk vetették, és végül megpróbálva rájuk dönteni a falak mellvédeit, szívük minden erejével fohászkodva Isten engedélyével az alapjáig kidöntötték a falat. Felzúg a nép odakint, zavarodottság és menekülés odabent; a hadsereg, minden részről megtámadva a várost, forgószélként fosztja ki. Ambrosius gróf, a király elleni szervezkedés vezetője, futásban keresve menedéket, az egyik toronyba kapaszkodik fel, de hasztalan; ugyanis a dühöngő katonák ítélete szerint elfogták, majd felakasztották a bitófára, feleségét és fiait pedig a sok kinccsel együtt bemutatták a királynak. Elfogták akkor a város püspökét is, név szerint Adalbertet, és Haddo püspöknek engedték át, hogy őrizze. Ez akkora félelemmel töltötte el egész Itáliát, hogy a legnagyobb városok, tudniillik Milánó és Pavia, önként a király elé járulva megadták magukat.

Így Itália határőrgrófjai, tudniillik Adalbert és fivére, Bonifác, Hildibrand és Gerhard is megjelentek a király előtt; ám, mivel elbizakodottan túlzó javadalmakat követeltek maguknak, mindet elfogták és a főemberek kezére adták, hogy őrizetben tartsák őket. Ám nem sokáig tartotta ezt fenn a király, mert irgalomra indulva szabadon bocsáttatta őket, elrendelve, hogy esküvel fogadjanak

fidelitatem promittere eis disposuit. Quorum duo, Adalbertus et Bonifacius, fidem mentientes fuga a rege defecerunt.

Rex propter nimiam longitudinem itineris languescente exercitu usque Placentiam veniens reversus est pascha prope castello Eboregia. Quod tunc et firmissimas clausas obseratas desuper posito lapideo castello comes Widonis nomine Ansger cum satellitibus Rodulfi regis de Burgundia ad hoc transmissis, ne via ibi redeunti regi daretur, obsessum defendebat. Rex namque per occupatam viam sine periculo suorum non posse expugnari sentiens, per viatores cum duro labore exercitus Alpes ascendens, propter magnitudinem exercitus per praerupta saxi devians; cum magno periculo suorum mirum in modum cum equis per praecipitium rupis quasi per murum a summo deorsum transilientes passim per scopulos, datis quibusdam gradibus quasi locus respirandi, in Augustam vallem tercio demum die prolapsi convenerunt. Rex ante se directo exercitu Rodulfum regem fugere compulit; ipse per superiorem Burgundiam in Alamannia curtem Chirihheim, regina sibi occurrente, se recepit.

Wormacia habitum est generale conventum; ibi inter alia Karolus puer indole iuventutis, Hludowici Karoli de occidentali Francia regis filii filius, nepos regis, ad eum veniens, quem rex cum dilectione suscepit et absolvit.

Alamanni cum manu valida super Rodulfum regem cum Zwentibaldo filio regis de concubina transmittuntur. Ille se defendens

hűséget neki. Közülük ketten, Adalbert és Bonifác, hitszegően elmenekülve elpártoltak a királytól.

A király, mivel a hadsereg kimerült a túl hosszú úton, bár egészen Piacenzáig jutott, visszafordult, Ivrea várának közelében töltve a húsvétot.[20] Ezt és a megerősített és lezárt hágókat, föléjük kővárat emeltetve, Widónak egy Ansger nevű grófja védte Rudolf király vazallusaival, akiket azért küldött oda Burgundiából, hogy a visszatérő király útját elzárják. A király pedig, látva, hogy az utat elfoglalták, és emberei veszélyeztetése nélkül nem tudna áttörni, hegyi vezetők segítségével, a hadsereg nagy fáradságával felkapaszkodott az Alpokban, a hadsereg nagy létszáma miatt eltévedve a sziklás szakadékok közt; nagy veszélyben, bámulatos módon ugrattak át lovaikkal a sziklaletöréseken, akár egy fal tetejéről, itt is, ott is a szirteken át, s közben pihenőhelyként adódott egy-egy párkány; végül harmadnapra levergődve érkeztek meg az aostai völgybe. A király, maga előtt vezényelve seregét, megfutamította Rudolf királyt, majd Fölső-Burgundián át visszavonult Alamanniába, ahol Kirchenben eléjött a királynő.

Wormsban általános gyűlést tartottak; itt egyebek közt a király elé járult a még gyermek, de már egy fiatalember jellemzőit hordozó Károly, Lajosnak, a nyugati frank Károly király fiának fia, a király unokaöccse; a király szeretettel fogadta őt, majd elbocsátotta.

Az alamannokat (élükön Zwentibalddal, a király ágyastól született fiával) erős csapattal Rudolf király ellen küldik; ő az Al-

20 Március 31.

obiectione Alpium, Alamanni devastata magna illius regionis parte revertuntur in sua.

Wido Italici regni tyrannus morbo correptus obiit, cuius filius Lantbertus eodem modo regnum invadendo affectatus est.

Zwentibaldus, dux Maravorum et vagina totius perfidiae, cum omnes regiones sibi affines dolo et astucia perturbando humanum sanguinem siciens circumiret, ultimum hortando suos, ne pacis amatores, sed pocius inimici domesticis persisterent, diem ultimum clausit infeliciter.

Avari, qui dicuntur Ungari, in his temporibus ultra Danubium peragrantes multa miserabilia perpetravere. Nam homines et vetulas matronas penitus occidendo, iuvenculas tantum ut iumenta pro libidine exercenda secum trahentes totam Pannoniam usque ad internetionem deleverunt.

Pax tempore autumni inter Baioarios et Maravos compacta est.

Missus Leonis imperatoris Grecorum ad regem urbe Radasbona Anastasius cum muneribus venit; quem rex audivit et eodem die absolvit.

DCCCXCV.

Fames valida per universam Baioariorum provinciam excrevit, ita ut per plurima loca inedia morte consumerentur.

Engildio marchensis Baioariorum honoribus privatus est; in cuius locum Liutpoldus nepos regis subrogatus est. Hildigardis

pok védelmébe húzódik, az alamannok pedig, feldúlva tartománya nagy részét, hazatérnek.

Wido, Itália trónbitorlója betegségbe esve meghalt; fia, Lantbert ugyanilyen módon tört uralomra.

Zwentibald, a morvák fejedelme és minden hitszegés magába foglalója, míg embervérre szomjazva körbejárt cselszövéssel és álnoksággal felkavarva minden, vele szomszédos vidéket, szerencsétlenül végezte be utolsó napját, végakaratával is arra biztatva övéit, hogy ne szeressék a békét, hanem annál inkább folytassák az ottani lakosok támadását.

Az avarok, akiket magyaroknak mondanak, ezekben az időkben a Dunán túlra portyázva sok szörnyűséget követtek el; mert a férfiakat és öregasszonyokat mind levágva, csak a fiatal lányokat hurcolva magukkal barmok módjára kéjvágyuk kielégítésére, egész Pannoniát eltörölték a teljes pusztulásig.

Ősz idején megkötötték a bajorok és morvák közötti békét.

Leó görög császár küldöttje, Anasztasziosz ajándékokkal Regensburg városba jött a királyhoz; a király meghallgatta és még ugyanazon a napon elbocsátotta.

895.

Nagy éhínség támadt az egész bajor tartományban, annyira, hogy igen sok helyen éhen haltak az emberek.

Engildiót, a bajor őrgrófot megfosztották tisztségeitől; helyére Liutpoldot, a király rokonát nevezték ki. Hildigardist, Lajos frank

filia Hludowici Francorum regis contra fidelitatem regis agere accusata, inde publicis honoribus deposita in Baioaria quadam insula palude Chiemicse nominata inclusa est.

Convenientibus itaque de toto Hlotharico regno, Saxonia, Baioaria et Alamannia in Francia XX et VI episcopis, curte Triburia magnus synodus habebatur, praesidentibus scilicet metropolitanis, Haddone Magontinae urbis archiepiscopo, Herimanno Coloniae Agrippinae urbis archiepiscopo, Ratbodo Treverensi archiepiscopo; multa quidem pro utilitate christianae religionis tractantes eademque statuta memoria retinendum successoribus suis propriis capitulis scripta commendaverunt.

Regale equidem placitum Wormacia habitum est. Ibi Odo rex Galliae ad fidelitatem regis cum muneribus veniens ab eo honorifice susceptus et post paucos dies in sua, prout venerat, placabili licentia reversus est. Zwentibaldus ergo filius regis infulam regni a patre suscipiens in Burgundia et omni Hlotharico regno receptis eiusdem regni primoribus rex creatus est.

Per idem tempus magni terrae motus in plurimis locis occidentalium Francorum visi sunt.

Legatos Obodritorum curte regia Salz munera secum deferentes, ad regem pacifica optantes pervenerunt; quos rex, ut audivit, sine mora postulata annuens et abire permisit.

Avari terminos Bulgarorum invadentes ab ipsis praeventi sunt, et magna pars eorum exercitus interfecta est.

Mediante mense Iulio habitum est urbe Radasbona generale conventum; ibi de Sclavania omnes duces Boemanorum, quos Zwentibaldus dux a consortio et potestate Baioaricae gentis per

király lányát megvádolták, hogy hűtlen a királyhoz; emiatt nyilvános tisztségeiből letéve egy szigetre zárták el Bajorországban, a Chiemsee nevű mocsárban.

Ezután egész Lotharingiából, Szászországból, Bajorországból és Alamanniából 26 püspök gyűlt össze Frankföldön; Triburban nagy zsinatot tartottak a metropoliták – Haddo mainzi, Herimann kölni és Ratbod trieri érsekek – elnökletével. Sok mindent megtárgyalva a keresztény hit javára, ezeket a döntéseket utódaik számára kánonokba leírva hagyományozták át.

Királyi tanácskozást is tartottak, éspedig Wormsban. Itt Odót, Gallia királyát, aki ajándékokkal a király hűségére tért, tisztelettel fogadta a másik, és néhány nappal később, amint jött, szívélyes engedéllyel hazatért. Zwentibaldot pedig, a király fiát, aki a birodalom koronáját apjától átvette, Burgundiában és egész Lotharingiában is (miután ugyanennek az országnak a főembereit is fogadta) királlyá tették.

Ugyanez idő tájt igen sok nyugati frank város lakói nagy földrengéseknek voltak szemtanúi.

Az obodriták követei a salzi királyi palotában felkeresték a királyt, ajándékokat hozva és békét kérve; a király, amint meghallgatta, kéréseikre késedelem nélkül rábólintva el is engedte őket.

Az avarok megtámadták a bolgárok határvidékeit; ám azok eléjük vágtak, és seregük nagy részét elpusztították.

Július hónap közepén Regensburg városában általános gyűlést tartottak; itt szláv földről a csehek összes hercege, akiket Zwentibald fejedelem már rég erővel elszakítva eltávolított a bajor nép közösségétől és hatalmától (az ő főembereik Spitignewo,

vim dudum divellendo detraxerat, quorum primores erant Spitignewo, Witizla, ad regem venientes et honorifice ab eo recepti per manus, prout mos est, regiae potestati reconciliatos se subdiderunt.

Iterum rex a Formoso apostolico per epistolas et missos enixe Romam venire invitatus est. Rex vero, cum consilio episcoporum suorum peticionibus suis satisfacere decreverit, mense Octobrio de Francia et Alamannia in Italia promovit exercitum. Venientes quippe ultra Padum ibi diviso exercitu Alamannos per Bolonniam ad Florentinam urbem ire permisit; ipse cum Francis per superiores partes Alpium curtem, quae dicitur Turris, sic usque civitatem Lunam progreditur. Ibi natale Domini celebravit.

DCCCXCVI.

Igitur propter nimiam tempestatem aeris et immoderatam effusionem imbrium et ultra modum inundationibus aquarum omnis exercitus per divexa moncium cacumina impediti sunt, passim errando laboriose pervagatus. Unde etiam maxima pestilencia equorum et plus solitum propter difficultatem itineris aggravando excrevit, ita vero, ut totus pene exercitus supellectile suum inconsueto more per sellatos more equitum boves trahebant.

Witzla voltak), a király elé járult, és miután az tisztelettel fogadta őket, kézfogással, amint szokás, a király hatalmával megbékülve alávetették neki magukat.

A királyt Formózusz apostolutód[21] levelek és küldöttek útján is újra erősen hívta, hogy Rómába menjen. A király pedig, miután püspökei tanácsára úgy döntött, hogy eleget tesz kérésének, október hónapban Frankföldről és Alamanniából Itáliába vezette seregét. Amint átkeltek a Pón, seregét ott szétosztva az alamannoknak megengedte, hogy Bolognán át Firenzébe menjenek, maga pedig a frankokkal az Alpok magasabbanfekvő részein át a Turris nevű településig, majd egészen Luni[22] városáig nyomult előre; itt ünnepelte az Úr születését.

896.

Ekkor viszont a heves viharok, a vég nélkül szakadó eső és a rendkívüli áradások miatt az egész sereg a kiemelkedő hegycsúcsokon ragadt, mindenfelé eltévedve és küzdelmesen bolyongva. Ezután a járhatatlan utaknak köszönhetően vészesen pusztulni kezdtek a lovak is, a szokottnál inkább, éspedig annyira, hogy szinte az egész hadsereg, szokatlan módon, lovakként felnyergelt ökrökkel szállította málháját.

21 Formózusz, pápa 891–896.

22 Ma is ugyanez a neve.

Ad hec interim malus rumor regem necnon exercitum commovit, Perngarium scilicet nepotem eius a fidelitate sua defecisse et in Italiam iam pro hoc reversum fuisse, Adalpertum, videlicet marchensem Tusciae, mutuis colloquiis Perngarii <adductum>, ne aliquo modo ad regis fidelitatem intenderet.

His et talibus auditis rex gravi molestia totusque exercitus maxima anxietate et penuria preoccupatus tandem urbem Romam advenerunt. Super hec omnia novum genus anxietatis exercitui occurrit. Nam adventantibus illis Ageldrudis vidua Widonis portas in circuitu murorum omnes serrando preoccupavit, ut omnibus pariter ad domum sancti Petri introitus denegaretur. Quod rex moleste accipiens in commune consilium cum omni exercitu ad ecclesiam beati Pancracii convenit. Post solemnitate missarum celebrata rex exercitum unanimiter interrogavit, quid facto opus sit. Conveniunt omnes, cum lacrimis fidem promittentes, confessionem coram sacerdotibus puplice agentes; indicto unius diei ieiunio bello urbem expugnare in commune acclamatum est.

Cunctantibus ergo cunctis redire in castra, rex murum prospiciendo circumibat; Dei nutu subito inter obsessis et obsidentibus insperate contentio exoritur, concursus ex omni parte plebis, omnes vociferantes urbem bello expugnare, omnibus in pugna par voluntas. Nec mora, advenerunt murum, lapidibus defensores murorum depellunt, multitudo virorum portis se constipat; alii securibus et spadis portam et vectes ferratos incidunt, alii murum perfodiunt, alii per scalam muros ascendunt. Sicque Dei

Közben ezekhez gonosz híresztelés is járult, elbizonytalanítva a királyt, s nem kevésbé a hadsereget, tudniillik hogy rokona, Berengár elpártolt tőle, és evégből már vissza is fordult Itáliába, Adalbertet pedig, vagyis a toszkán őrgrófot, megbeszélések során rávette, semmiképp se hajoljon a királyhoz való hűségre.

Ezek és hasonlók hallatán a király erősen gondterhelten, az egész sereg pedig a legnagyobb szorongással és nyomorult állapotban érte végül el Róma városát. Mindezeken felül újféle aggodalommal került szembe a sereg: mert amint odaértek, Ageldrudis, Wido özvegye megszállta körben a várfalak kapuit, bezárva mindet, hogy mindenfele egyformán elzáródjék előttük a Szent Péter-bazilikához vezető út. A király ezt rossz néven véve közös tanácskozásra gyűlt össze az egész sereggel Szent Pankráciusz templománál. Ünnepi szentmise bemutatása után a király nagy bizalommal megkérdezte a seregtől, mit is tegyenek most. Összegyűltek mindannyian, és könnyek között fogadva hűséget, a papok előtt nyilvánosan meggyóntak, majd közfelkiáltással úgy határoztak, hogy egy napi böjt után harcban veszik be a várost.

Miközben mindenki habozott, hogy visszamenjenek-e a táborba, a király körbejárta a városfalat, hogy megnézze magának; ekkor hirtelen (mivel Isten ezt megengedte) váratlan összecsapás támad ostromlottak és ostromlók közt, a nép mindenfelől odacsődül, mindenki azt kiáltozza, hogy vegyék be harccal a várost, mindenkiben egyformán ég a harci vágy. Nem is várva tovább, odamentek a falhoz, kövekkel űzik el a falak védőit, a katonák sokasága a kapukhoz tömörül; egyesek bárdokkal és kardokkal esnek a kapunak és vasalt reteszeknek, mások a falat ássák alá, megint mások létrán

providentia firmissima et nobilissima urbs, nullo ex parte regis de tanto exercitu succumbente, iam vesperascente die nobiliter cum triumpho expugnata est, apostolico et urbe de inimicis liberato.

Omnis namque senatus Romanorum necnon Grecorum scola cum vexillis et crucibus ad pontem Malvium venientes regem honorifice cum ymnis et laudibus suscipientes ad urbem perduxerunt. Iam apostolicus paterno amore diligendo regem ante paradisum loco, qui dicitur Gradibus sancti Petri, suscipiens et honeste ad basilicam beatorum principum apostolorum laetificando introduxit et secundum morem antecessorum suorum imperialem consecrationem coronam capiti sibi inponens cesarem augustum appellavit. Dispositis ibi multimodis rebus omnis Romanorum populus ad sanctum Paulum cum iuramento imperatori fidem promittentes. Iuramentum vero illud, ne quem lateat, hic inserere proposuimus: „Iuro per hec omnia Dei mysteria, quod salvo honore et lege mea atque fidelitate domni Formosi papae fidelis sum et ero omnibus diebus vitae meae Arnolfo imperatori et numquam me ad illius infidelitatem cum aliquo homine sociabo; et Lantperto filio Agildrudae vel ipsi matri suae ad secularem honorem numquam adiutorium prebebo et hanc civitatem Romam ipsi Lantperto vel matri eius Agildrudae vel eorum hominibus per aliquod ingenium aut argumentum non tradam".

másznak a falakra. S így Isten Gondviseléséből a legerősebb és legnevezetesebb várost – úgy, hogy a király részéről ekkora seregből senki sem esett el – már sötétedésre vitézi diadallal vették be, megszabadítva az ellenségtől az apostolutódot és a Várost.

Ezért az egész római szenátus, s még a görög gyülekezet is zászlókkal és keresztekkel a Milvius-hídhoz vonulva tisztelettel fogadták a királyt, és himnuszokkal és hálaadással a városba vezették. Itt már az apostolutód fogadta atyai szeretettel, a templom előcsarnoka előtt, a Szent Péter lépcsőinek nevezett helyen, és tisztelettel, örvendezve vezette be a szent apostolfejedelmek székesegyházába, és elődjei szokása szerint császári felszentelést, azaz koronát téve fejére, császárnak és augustusnak nevezte.

Miután mindenféle dolgot elrendezett, az egész római nép a Szent Pál-bazilikához vonult, esküvel fogadva hűséget a császárnak. Elhatároztuk pedig, hogy az eskü szövegét, hogy feledésbe ne merüljön, itt idézzük: „Esküszöm Isten mindezen misztériumaira,[23] hogy tisztségemet, törvényeimet és Formózusz pápa úr iránti hűségemet megtartva hűséges vagyok és leszek életem minden napján Arnolf császárhoz, és soha nem társulok egy emberrel sem a hozzá való hűtlenségben; és sosem nyújtok majd segítséget Lantpertnak, Agildruda fiának, vagy magának az anyának világi tisztségért, és e Róma várost Lantpertnak vagy anyjának, Agildrudának vagy embereiknek nem adom át semmi leleményesség vagy zsarolás hatására sem."

23 Valószínűleg az Oltáriszentség kihelyezett színeire utalva.

Post haec autem Constantinus et Stephanus, qui maiores inter senatum erant, rei maiestatis esse accusati sunt, quia cum Agildrude prius urbem capiendam conspiravere; quos rex sine mora comprehendi et secum in Baioaria transferri precepit. Urbem vero ad suas manus custodiendam Faroldo cuidam vassallo concessit; ipse XV. tandem die, postquam venerat, ab urbe digressus est, comperta denique Agildruda in civitate Spoletana morare; quam ad expugnandum mox iter arripuit. Sed antequam ad locum destinatum pervenisset, gravi infirmitate capitis detentus inperfectum reliquit et cum omni festinatione, parvulo filio suo nomine Ratolt, qui ei de concubina erat, ad fidem Italice gentis Mediolanium dimisso, per vallem Tridentinam mense Madio in Baioariam reversus est. Sed non multo post etiam filius eius, quem in Italia dereliquit, per lacum Cumensem ad eum reversus est. Post mortem etenim Waltfredi Foroiulii marchensis, qui multum fideliter ad imperatorem Veronam contendendo retinuit, ilico Perngarius regnum Italicum invasit et usque ad flumen Adduam quasi hereditario iure contra Lantbertum in participationem recepit. Maginfredus comes Mediolanensis a Lantperto filio Widonis capitali sententia interfectus est; filius eius atque gener oculorum lumine orbati sunt.

At Roma Formosus papa defunctus est die sancto pasche; in cuius locum consecratur Bonifacius, qui podagrico morbo correptus vix [XV dies] supervixisse reperitur.

Ezek után pedig Konstantint és Istvánt, akik a szenátus vezetői voltak, megvádolták felségsértéssel, hogy korábban összeesküdtek Agildrudéval a város elfoglalására; a király haladéktalanul megparancsolta, hogy fogják el és az ő kíséretével vigyék el őket Bajorországba. A várost pedig egyik vazallusának, Faroldnak kezére bízta, hogy őrizze, maga pedig az érkezése utáni 15. napon távozott a városból, mivel végre megtudta, hogy Agildruda Spoleto városában tartózkodik, és rögtön arra vette útját, hogy megostromolja. Ám mielőtt úti célját elérte volna, súlyos fejfájástól tartóztatva felhagyott ezzel, és a legnagyobb sietséggel, május hónapban a Tridenti-völgyön át visszatért Bajorországba. Kicsi fiát, akinek neve Ratolt volt, és ágyasától született, Milánóba küldte, hogy fogadja Itália népének hűségnyilatkozatát; ám nem sokkal később ez az Itáliában hagyott fiú is visszatért hozzá a Comói-tavon át. Waltfred friuli őrgróf halála után ugyanis, aki a császár iránt nagy hűséggel küzdelemben őrizte Veronát, Berengár tüstént megtámadta Itália országát, és az Adda folyóig örökségi jogra hivatkozva Lantberttel szemben társuralkodóként elfoglalta. Maginfred milánói grófot Lantpert, Wido fia halálra ítélte és kivégeztette; fiát és vejét megfosztották szemük világától.

Rómában viszont húsvét szent napján meghalt Formózusz pápa;[24] helyette Bonifácot[25] szentelték fel, aki köszvényt kapva alig 15

24 891–896.

25 VI. Bonifác.

In cuius sedem successit apostolicus n[omine Stephanus, vir fama infamandus, qui antecessorem suum, Formosum videlicet, inaudito more de sepulchro eiectum et per advocatum suae responsionis depositum foras extra solitum sepulturae apostolicis locum sepeliri precepit.]

Pacem ergo Greci eodem anno cum Avaris, qui dicuntur Ungari, facientes; quod eorum concives Bulgari in pravum vertentes hostili expeditione contra eos insurgunt et omnem regionem illorum usque portam Constantinopolitanam devastando insecuntur. Quod ad ulciscendum Greci astucia sua naves illorum contra Avaros mittunt ac eos in regnum Bulgarorum ultra Danuvium transponunt. Illi transpositi manu cum valida gentem Bulgarorum ingressi maximam partem cedendo neci tradiderunt. Hoc audientes positi in expedicione Bulgari cum omni festinatione patriam deliberare ab infesto hosti recurrunt consertoque ilico proelio victi sunt; iterum pari tenore recuperare nitentes secundo caruere victoria. Tandem miseri, inscii, quam consolationis causam vel remedii potuissent invenire, currunt omnes ad vestigia vetuli illorum regis Michaelis, qui eos primum ad christianae religionis veritatem convertit, inquirentes, quid eis ab imminenti periculo evadendum consuleret.

nappal élt tovább. Székében az István[26] nevű apostolutód követte, egy hírhedt férfiú, aki elődjét, tudniillik Formózuszt hallatlan módon kidobatta sírjából, és ügyvédje által, akit megbízatásával látott el, megparancsolta, hogy az apostolutódok szokásos temetkezési helyén kívül temessék el.

A görögök pedig ugyanebben az évben békét kötnek az avarokkal, akiket magyaroknak mondanak; a velük azonos eredetű[27] bolgár népet ez a görögök ellen hangolta, ellenséges hadműveletet indítanak velük szemben, és egész tartományukat feldúlják, egészen Konstantinápoly kapujáig. Ennek megbosszulására a görögök hajóikat ravaszul az avarok elé küldik, és a Dunán túlra, a bolgárok országába szállítják át őket. Azok pedig átszállítva erős csapattal megtámadták a bolgárok népét, és igen nagy részüket lekaszabolva a halálnak adták át. Ezt meghallva a portyázásban álló bolgárok a legnagyobb sietséggel rohannak vissza, hogy megszabadítsák hazájukat a támadó ellenségtől; ám miután csatát kezdeményeztek, rögtön le is győzték őket – és újra hasonló erőfeszítéssel próbálva visszavágni, másodszor is győzelem híján maradtak. A szerencsétlenek végül, nem tudva, milyen vigaszt vagy ellenszert találhatnának, mind öreg királyuk, Mihály lábához futnak, aki elsőként térítette meg őket a keresztény hit igazságára,

26 VI. István (896–897).

27 *eorum concives* – a kifejezés jelentése „polgártárs", „közös polgárjogú", és erősen problémás értelmű. Mivel a szerző nyilván nem a szó ókori értelmében használta, hiszen sem (város)államokról, sem polgárokról nincs itt szó, így homályban marad, hogy pontosan mit akart vele leírni: puszta külső hasonlóságot (mindkettő nomád nép) vagy rokonságot.

Qui indicto triduano ieiunio penitenciam de inlata Christianis iniuria agere, dein auxilium a Deo querendum esse premonuit. Quo peracto durum iniere certamen; pugnantibus vero ambabus acerrime partibus ad ultimum misericordia Dei victoria quamvis cruenta christianis concessa est. Quis enim gentilium Avarorum strages tantis congressionibus enumerando possit exponere? cum Bulgarorum, ad quos victoria concessit, numero XX milia equitum cesa inveniuntur.

Stipantibus denique isdem in partibus inter se conflictibus imperator Pannoniam cum urbe Paludarum tuendam Brazlavoni duci suo in id tempus commendavit.

Leo vero imperator Grecorum Lazarum quendam vocatum episcopum ad cesarem augustum cum muneribus transmisit; quem ille apud urbem Radasbonam gratanter accipiens paucos eum dies secum retinuit, tandem honoribus ditatum remisit in sua.

DCCCXCVII.

Cesar vero curte regia Otinga natalem Domini celebravit, advenientibus ibidem ad eum Maravorum missis, qui pro pace constituenda, ne exules eorum profugi reciperentur, ab imperatore flagitant; quos rex, ut audivit, absolvit et sine mora abire permisit.

őt kérdezve meg, mit tanácsolna nekik a fenyegető veszély elkerülésére. Ő pedig háromnapos böjtöt elrendelve arra intette őket, hogy tartsanak bűnbánatot a keresztények ellen elkövetett jogsértésekért, azután pedig Istennél keressék a segítséget. Ezt végrehajtva kemény csatában ütköztek meg; s bár mindkét fél hevesen küzdött, Isten irgalmából végül a győzelem (bár véres győzelem) a keresztényeké lett. A roppant csata után ugyan ki fejezhetné ki számokkal a pogány avarok veszteségeit, amikor a bolgároknak, akiké a győzelem lett, szám szerint 20 ezer levágott lovasát találták meg?

Végül, miután ezeken a részeken egyre sűrűbbé váltak az egymás közti összeütközések, a császár Pannoniát Mocsárvárossal[28] együtt vezérére, Brazlavóra bízta arra az időre, hogy védje.

Leó pedig, a görög császár, egy Lázár nevű püspököt küldött ajándékokkal a felséges császárhoz; az Regensburg városában tisztelettel fogadva őt, néhány napig magánál tartotta, és végül ajándékokkal gazdagítva bocsátotta haza.

897.

A császár pedig Ötting királyi birtokon ünnepelte az Úr születését; itt járultak elé a morvák követei, akik a béke érdekében azt kérték a császártól, hogy száműzötteiket ne fogadja be menekültként. A király, amint meghallgatta, el is bocsátotta őket, és

28 *urbs Paludarum*, vagy Mosaburg-Zalavár.

Ipse vero habito generali conventu urbe Regino propter gravitudinem corporis in Baioaria secretis locis hiemare disposuit. Fames valida per universam regionem Baiowariorum incubuit, ita ut multi inedia consumerentur.

Exeunte autem mense Madio habitum est placitum urbe Wormacia. Ibi inter alia Zuentibaldus filius imperatoris ad eum veniens; quem ille benigne suscipiens quibusdam primoribus suis, qui priori anno ab eo honoribus privati sunt, cum eo pacificatis ceterisque negotiis, prout potuit, ibidem inter se dispositis placabilem licentiam in sua redeundi donavit.

megengedte, hogy haladéktalanul távozzanak. Maga pedig általános gyűlést tartva Regensburgban, rossz testi állapota miatt úgy döntött, hogy a telet Bajorországban, biztonságos helyeken tölti. Nagy éhínség nehezedett Bajorország egész területére, annyira, hogy sokan éhen haltak.

Május hó végén pedig tanácskozást tartottak Worms városában; itt egyebek közt a császár elé járult fia, Zuentibald; ő szívélyesen fogadta néhány főemberével együtt, akiket előző évben maga fosztott meg tisztségeiktől; s miután ezek kibékültek vele, és a többi ügyet is, amennyire tudták, ugyanott elrendezték maguk közt, kegyes engedélyt adott nekik a hazatérésre.

ANNALIUM FULDENSIUM CONTINUATIONES ALTAHENSES. A. 897–901

A FULDAI ÉVKÖNYVEK ALTAICHI FOLYTATÁSA. 897–901

897.

Curte vero Tripuria habito generali conventu Fuldense cenobium causa orationis petiit. Quo peracto ad curtem, quae dicitur Salz, pervenit, advenientibus ibi ad eum cum muneribus Soraborum missis, quos, ut audivit, absolvit et abire permisit.

His ita expletis contigit, ut gentis Behemitarum duces ad imperatorem Arnulfum, qui tunc temporis civitate Radaspona moratus est, devenerunt, offerentes ei munera regia et sua suorumque fidelium suffragia contra eorum inimicos, Marahabitas [scilicet], postulantes, a quibus saepe, ut ipsi testificati sunt, durissime conprimebantur. Quos ergo duces rex imperator gratuito suscipiens, verbaque consolationis eorum pectoribus habundantius inseruit et laetabundos donoque honoratos patriam in suam abire permisit; totumque illius anni tempus autumnale finitimis in locis aquilonalibus Danubii Ymbrisque fluminis sese sustentavit, hac etiam in ratione, ut, si supradictae genti necessitas auxilii sui immineret, paratus cum suis fidelibus existeret.

898.

Postea vero anno incarnationis Domini DCCCXCVIII. inter duos fratres gentis Marahensium, Moymirum videlicet ac Zentobolchum, eorumque populum dissensio atque discordia gravissima exorta est; ita etiam, ut, si uterque alterum suis viribus insequi atque conprehendere valeret, capitalem subiret sententiam.

897.

Miután általános gyűlést tartott Triburban, a király a fuldai kolostorba igyekezett, hogy imádkozzon. Ezzel végezve elment a Salz nevű palotába; itt ajándékokkal eléje járultak a szorbok küldöttei, akiket, amint meghallgatott, elbocsátott és távozni engedett.

Miután ezek így lezajlottak, történt, hogy a cseh nép hercegei Arnulf császárhoz járultak, aki abban az időben Regensburg városában tartózkodott; királyi ajándékokat ajánlottak fel neki, kérve az ő és hívei segítségét ellenségeikkel, tudniillik[1] a morvákkal szemben, akik, mint tanúsították, gyakran kegyetlenül elnyomták őket. A király tehát, nagylelkűen fogadva ezeket a hercegeket, bőséges vigasztaló szavakkal erősítette meg szívüket, és vidáman, ajándékkal gazdagon engedte őket vissza hazájukba. Az év teljes őszi időszakában a Duna és a Regen északi határvidékén tartózkodott, azzal a céllal, hogy ha a fenti nép számára szükségessé válna az ő segítsége, készen álljon erre híveivel együtt.

898.

Utána pedig, az Úr megtestesülésének 898.-ik évében súlyos összetűzés és viszály támadt két morva fivér, tudniillik Moymir és Zentobolch, illetve hadinépük között, éspedig annyira, hogy ha kö-

1 E szó csak a 3. kódexben, az eredeti írnok utólagos beszúrásaként szerepel.

Tunc vero rex imperator ista sciens marchiones suos, Liutbaldum scilicet et Arbonem comitem, una cum ceteris fidelibus suis parti, quae ad se spem ac confugium habuit, auxilium ad eorum liberationem protectionemque Bawarios suos primates transmisit. At illi in ore gladii igneque, prout poterant, inimicos suos humiliaverunt et devastando necaverunt. Istius ergo dissensionis et disruptae pacis inter supranominatos fratres Arbo comes Isanrico filio suo instigante instructor delatorque atque proditor esse convincitur et ob hanc causam praefectura sua caruit ad tempus; quam non multo post accepit.

Deinceps autem quidam, qui erat quondam princeps cum ceteris primoribus gentis Bawariorum, nomine Erimpertus, qui postea rebellis regi suisque extitit, a Priznolawo quodam Sclavo duce, qui et ipse imperatori fidus probatur, conprehensus dinoscitur et a Liutbaldo strenuo comite catena aliisque vinculis illigatus regi ad Rantesdorf est presentatus, Christi domini natale anni instantis finiente.

899.

Iterum autem expeditione ordinata tempore hiemali Bawariorum principes cum suis fines Marahabitarum fortiter atque hostiliter invaserunt et manu valida loca illorum desertantes predamque colligentes domumque revertentes, habentes ea.

Tum vero multis temporibus inauditum scelus et, quod non oportuit, facinus de regina Uota divulgatum est, id est ut corpus

zülük bármelyik a másikat képes lett volna a saját erejéből sarokba szorítani és elfogni, ki is végeztette volna azt. A király és császár akkor, tudva ezekről, elküldte bajor főembereit és őrgrófjait, tudniillik Liutbaldot és Arbo grófot más híveivel együtt, hogy segítségül szolgáljanak annak a félnek, amelyik benne látja reményét és menedékét, szabadulására és védelmére. Azok pedig, ahogy csak tudták, karddal és tűzzel alázták meg az ellenséget, és dúlva öldökölték. Bebizonyosodott azonban, hogy e viszálynak és az említett fivérek közti béke megtörésének fia, Isanric ösztönzésére Arbo gróf volt a szítója, feljelentője és árulója is; emiatt egy időre elvesztette elöljárói tisztségét, de nem sokkal azután visszakapta azt.

Azután pedig egy illetőt, név szerint Erimpertet, aki valaha fejedelem volt a bajor nemzet többi főembere közt, azután fellázadt a király és emberei ellen, egy szláv herceg, Priznolaw, aki a császár megbízható híve volt, elfogta, azonosították, és a nagyhatalmú Liutbald gróf lánccal és más béklyókkal megkötözve bemutatta a királynak Ranshofenben, Krisztus urunk születésének napján, a most folyó év végén.

899.

